

1693.

1^o et 2^o Beierus, Arrianus : Justitia retribuens hoc est: De rei processu legali. . . 2 Sept. 1693 - 1707.

2. Beierus, Arrianus : Quod praedicare omen sit in delegabile.

3. Beierus, Arrianus : Naturae, iura et analogia cœcitatatis.

4. Brucknerus, W. Melius Hieronymus : De culpa, gracie concretive talis Doctor, et in omni contractu vane præstanda.

5^o et 6^o Brucknerus, W. Melius Hieronymus : De invalido testimonio mulierum. 2 Sept. 1693 - 1707.

6^o et 7^o Brucknerus, W. Melius Hieronymus : Arbitrii delinquentem et paena ordinaria immunitam. . . 2 Sept.

7. Flaschen, Han. Ernestus : Parentum iura in peccato adiutorio.

8. Hebenstreits, Paulus : De remedij adversus locustos, insprinus pontificiorum quoque tandem methodo expellendis eas per excommunicationem, agnum hastalem et exorcismum.

1693.

9. Hebenstretus, Joh. Paulus : De locustis; immenso agnoscere
cerem nostrum implentibus, et quid fortius patenter.

10. Lynckerus, Nicolaius Christopherus : De jure ac privilegiis
minorum.

11. Lynckerus, Nicol. Christopherus : De numeri directoriali circa
negotia imperii

12¹⁺² Lynckerus, Nicol. Christopherus : De curio judiciorum Panzerar
fundatibus. 2 Sept. 1693 - 1735.

13¹⁺² Lynckerus, Nicol. Christopherus : De commendatione speciali.
2 Sept. 1693 - 1746.

14. Lynckerus, Nicol. Christopherus : De eo, quod iustum est contra
silentium.

15¹⁺² Lynckerus, Nicol. Christopherus : De bonorum allodialium
in partite incorporatione 2 Sept. 1693 - 1784

16¹⁺² Lynckerus, Nicol. Christopherus : De semiplenis proba-
tionibus. 2 Sept. 1693 - 1742.

DISPVTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,

DE
COMMENDATIONE
SPECIALI,

GERMANIS:

Wie weit jemanden, die in eines andern Geschäftest ge-
schriebenen Briefe, oder gegebene Rathschläge,
nachtheilig seyn können.

QVAM

SVB PRAESIDIO

DN. NICOL. CHRISTOPHORI
LYNCKERI,

ICTI IENENSIS MAGNI NOMINIS,
NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAI.
A CONSIL. IN AVLA IMPERIALIBVS,

DIE XVI. MAI. A. C. 10 CXCIII.

PRO GRADV DOCTORIS

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVMISIT

IO. CHRISTIANVS SCHMID,
LEVCOPETRAEVS,



KÖNFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

NUNC VERO OB MATERIAE IN FORIS UTILITYATEM,

IENAE,

REC. PER IO. BERNH. HELLERVUM, 1746.

CONFIDATIONE
PRAECAPI

CONFIDATIONE
PRAECAPI

CONFIDATIONE
PRAECAPI

CONFIDATIONE
PRAECAPI



CAPVT I.

CONTINET

COMMENDATIONIS SPECI- ALIS DESCRIPTIONEM, AFFINIA ET DIVISIONES.

Ingressus disputationis, & vocum, quas titulus prefert, Ety-
mologia & homonymia, tb. i.

Synonymia, 2.

Descriptio Commendationis specialis, paucis explicata. 3.

Affinia Commendationis specialis sunt :

1) Consilium, cuius ab illa triplex differentia ostendi-
tur, 4.

2) Persuasio, 3) Laudatio, ubi, quod hec non ingre-
diatur essentiam commendationis, demonstratur, 5.

4) Mandatum tum in genere, tum in specie id, quod ter-
tii causas fit, 6.

Mandatum in gratiam tertii initum verum est manda-
tum, 7.

Triplicerier ab omni mandato differt Commendatio spe-
cialis, 8.

5) Similes etiam sunt commendatitiae nostris litera In-
tercessionales, 9.

Et tandem 6) Epistole fiduciales, qua à credentiali-
bus Legatorum discernuntur, 10.

*) 4 (*

Dividitur Commendatio specialis in eam, qua sit ad officia, ad negotia, vel ad maleficia, 1.

2) in dictam & scriptam, 3) in eam, quam quis facit motu proprio & ad alterius implorationem. 4) In consideratam & temerariam, 12.

Non omnis commendatio temeraria est dolosa. (5) dividitur in veram & falsam, 13.

6) in lucrosam & non lucrosam. 7) in eam, que factum, ad quod ipsa tendit, antecedit, & que id subsequitur, 14.

Quid ad perfectionem Commendationis nostra requiratur? 15.

Non requiritur, ut commendatitiae ad ipsum futurum creditorem dirigantur, à quibus rebus quis commendetur? 16.

Quibus perficiatur actus commendationis ad delinquendum, 17.

THESS. I.

 De Commendatione Speciali cum sollemmodo, testante rubro, sim acturus, à proposito alienum esset, si, quæ de Commendatione in genere proferre satis prolixe possent, sub initium dissertationis quasi cumularem; habita igitur ratione instituti generali quidquam ediffere supersedeo: Exordium potius capio à Commendationis Specialis descriptione, posteaquam ipsius Etymologiam, Homonymiam atque Synonimiam brevissimis delineavero. Notum est, Commendationem à aver-

1

à verbo **Commendare** descendere, & hoc ex **con**, sive **cura**
mandare, esse compositum. Vox **Specialis** autem ob
respectum ad speciem hic applicata, denotat membrum
certum sub uno genere comprehensum ; Magis enim
specialis **Commendatio**, quam illa, quæ generalis ac pro-
pria dici consuevit, ad certum quid se determinat & quasi
adstringit. Circa Homonymiam **Commendationis Spe-**
cialis non est, quod operose laborem, cum nusquam re-
periam eandem alio sensu capi, quam eo, qui scopo no-
stro est conformatis, tñli quis forte **commendationem spe-**
cialem pro exacta quadam laudatione accipere velit, qua-
lis non raro suscipi solet à venditoribus, locatoribus &c.
Laudat enim venales qui vult extrudere merces, multa-
que in venditionibus præcipue, dici solent **commendan-**
di svalendique causa. l. 18. pr. & l. 19. pr. ff. d. edil. ed. l. 43.
pr. ff. d. contr. emt. Ut nimirum emiriens eo magis ad
contractum alliciatur & in contentione de pretio, ut lo-
quitur l. 8. C. d. Ref. Vend. non nimis tenax sit.

Th. II. Nullibi vel textum **Juris Civilis** aut **Can-**
nici, vel **Doctorum constantem** obseruantiam, adhibui-
se appellationem **commendationi speciali** **Synonymam**
invenire potui, nisi forte dixeris, eam **Recommendatio-**
nis **analogicæ**, **irregularis**, **impropriæ**, non **nudæ** & **pz-**
gnantis nomine **venire** posse ac **solere**. Sed prima the-
matis mei vocula parum immutatur multo minus emen-
datur præfixa syllaba : **re** ; adeo, ut hanc ipsam vocem
in classem verborum suspectorum sive latinitatis incertæ,
cujs nulla constet auctoritas, à **Clariss. Cellario in Cur.**
Postr. de Barbar. & **Idiot. Serm. lat. cap. 8.** & **10.** merito col-
locari cernam, Cum igitur ista in ipsis LL. non reperi-
tur,

eur, & magis latina in promptu sit, ab eadem totissime abstineri puto. Quod autem ad Epitheta attinet, iustatum adjecta vox *specialis* variatur, atque simul declaratur, quod hæc Commendationis distinctio, qua in generalem & specialem dispescitur, sit analogica, cum illa tantum in significatu commendationis famoiore ita dici mereatur; hæc vero, quæ genuinam commendationis naturam excedit, non nisi per analogiam hoc modo appelletur. Nihilominus haud putarim, eam distinctionem penitus rejiciendam esse, cum ad exactius determinandam commendationis in genere summae naturam & efficaciam non parum conducat, fac. l.f. C. quod cum eo, qui in alieno pot. j. l. 60. l. 63. ff. d. Procur. l. 17. §. f. ff. de jure.

Th. III. His præmissis, proposito convenienter, trahere, quid sit *Commendatio specialis*, cuius definitionem vel rarissime apud Doctores Juris reperies; Videtur autem ita describi posse, quod sit *actus animo serviendi commendato suscepitus*, quo quis personam illius favoris alterius ita insinuat, ut ex verbis vel reliquis circumstantiis appareat, commendantem periculum obligationis cum commendato contrahende ad se pertinere voluisse. Generis locum in hac descriptione (quam paucis persequar, latius data occasione singula explicatur in subsequentibus) *actus* obtinet. Cum enim certi jam dudum modi alterum sibi obligandi, & jus ad rem ejus acquirendi, Jure Gentium & Civilis introducti atque recepti sint, commendationem specialem inter eos referre non licebit: nam pacta atque contractus mutuo contrahentium & pacientium consensu fiunt per l. 1. §. 2. ff. d. pact. Commendationis actus vero plene absolvitur, licet ille, cui sit commendatio, non con-

1

consenserit, ut proinde commodissime vocabulum *as-
tus* adhibeatur, comprehensens id, quod verbis aut re-
agitur, atque discernens à nostro negotio contractum
ultra cirroque obligationem inducentem, monito Ul-
piani in l. 19. ff. d. V. S. Differentia desumitur ab *Objecto*,
quod sunt *persona*. a. l. 12. §. 12. ff. *mand.* j. l. 24. ff. *deposit.* vid.
Gothofr. in d. l. 12. §. 12. l. k. à *fine*, qui absolvitur per inten-
tionem serviendi commendato, & ab *effectu*, siquidem
commendans specialiter periculum negotii cum com-
mendato suscipiendo ad se pertinere cupit. a. l. ff. C. *Quod
cum eo qui in al. pot.* Cum enim certissimum sit, actum
agentium ultra intentionem eorum nihil operari. l. 19. pr.
ff. de Reb. Cred. & absque animo obligandi nullam consti-
tui obligationem. l. 3. §. 1. d. O. & A. Necesse est, nt is,
qui specialiter commendasse dicitur, ejusmodi verba a-
liave mentis indicia usurpaverit, quæ apta sint ad indican-
dum animum fidejubendi, mandandi aut alias pericu-
lum obligationis suscipiendo. d. l. f. j. l. ff. *mand.* Et quo-
niam de hac commendatione speciali tractare constitui,
in antecessum moneo, Commendationis vocabulum pro
substrata materia à me usurpari, atque in dubio de specia-
li imposterum accipendum esse, quoties ejusdem men-
tio injicitur, quandoquidem grave B. L. esse credidi, si
ad nauseam usque repeterem specialis commendationis
epitheton, cum instituti ratio intentionem meam abun-
de ostendat.

Th. IV. Hæc itaque, quam recensui, differentia
specifica, discernit commendationem Specialem à nego-
tiis affinib[us], quæ sunt 1) *Consilium*, 2) *Persuasio*, 3) *Laudatio*, 4) *Mandatum*, 5) *Litteræ intercessionales*
& fiduciales. *Consilium* est, quo alter alteri ostendit ac
sug-

suggerit, quid ipsi in re dubia faciendum esse, re delibera-
rata, existimet, v. g. si quis alteri svadeat, ut pecunias su-
as in emtiones potius prædiorum collocet, quam scene-
ret, l. 2. §. f. l. 10. §. 7. ff. mand. §. 6. J. eod. vid. Lauterb.
Disp. de Consilis part. i. cap. i. tb. 3. & seq. Apparet autem
discrimen consilii à commendatione nostra potissimum
ex tribus hisce circumstantiis, quas subjicio, 1) in con-
silio suggeritur id, quod ex duobus vel pluribus, ad cer-
tum finem tendentibus mediis, consulens alteri eligendum
esse existimat, adeoque personam benevolentia
consulentis non insinuat, sed an insinuatæ jam actu sint ex-
hibenda officia aut ipsi pecunia credenda, argumenta
suppeditat *Magnif. Dn. Müller. ad B. Struv. Exerc. Juris*
Civ. p. 1438. n. 3. Contrain commendatione hac semper
intercedit aliqua petitio, defavore personæ commenda-
tæ exhibendo, & præterea animus obligandi, qui in con-
silio deficit. l. 47. ff. d. R. J. d. l. 2. §. f. ff. mand. 2) Con-
silium dari soler ad ejus, cui consultatur, rogatum. Lau-
terb. d. *Disp. de Consil. P. i. c. 2. tb. 9.* commendatio sit mo-
tu proprio, non præcedente regulariter ejus imploratio-
ne, ad quem dirigenda est; Licet non negem commen-
dationem etiam aliquando ad illius, cui fit, instantiam
fusci; Si v. g. quisquam dnbius, quemnam inter plu-
res liberis suis præceptorem præficiat, aut medicum cor-
pori suo curando adhibeat, alterum roget, velit se certi-
orem facere, quem putet esse eligendum; atque consul-
tus svadeat, ut Petrus ex denominatis præferatur ceteris,
tunc non nisi consilium erit. Quod si vero huic consilio
alia consultor adjiciat & petat ab altero, ut Petrum omni
modo adjuvet, eumque diligenter ac specialiter prorsus
cominenderet, tum negotium ex Consilio & Commenda-
tione

tione mixtum constituitur. Commendatur enim hoc modo Petrus præter intentionem ejus, qui medico vel Præceptore indiger, utpote qui non nisi consilium expedit, adeoque ex accidenti est, quod expedito consilio adjicitur commendatio. 3) Natura consilii hæc est, ut negotium vel svadeat vel dissvadeat, quod posterius ab aetate commendationis alienum est: & si forte commendans aliquando certi quid dissvadeat, v. g. ne commendans alii, quem novit præter eum, quem ipse commendat, tertii favori insingatum jam esse, in hoc vel illo fidem adhibeat: id sit per accidens hoc tantum fine, ut eo diligentius majorique cum spe optati eventus alter commendetur; cum contra in consilio non raro dissvasio ipsam ejus essentiam constituat.

Th. V. Inter Affinia II.) se sifit *Persuasio*, qua alterum verbis factisve ad hoc ipsum compositis, ut ex mea sententia quid faciat vel facere velit, l. 20. C. d. furt. §. 8. J. d. obl. que ex del. induco. Atque hæc à Commendatione nostra manifeste differt, tanquam effectus à causa, & fieri solet in persuadentis & persuasi utilitatem, cum commendatione plerumque commendati commoda tantum promoteantur, multoque latius patet, quam commendatio, quippe quæ saltem personas, non etiam causas, pro objecto habet, quod in persuasione secus est. l. i. §. 3. 5. l. 2. ff. d. serv. corr. j. Dn. Stryck. *Diff. de Jure Persuasionis.* c. 1. n. 46. seq. III.) Commendationis affinibus accenseo *Laudationem*, quam quidem accedere debere commendationi ipsum ejus nomen sere innuere, eandemque ad commendationem requiri, haud pauci Dd. adeo constanter afferere videntur, ut eam vel adjiciendam commendationi vel piamittendam esse contendant. Inserunt enim

B lau.

laudationem commendationis descriptioni, non aliter
 atque si eadem à commendatione abesse non posset. vid.
 Laut. Disp. de Consili. P. I. cap. 4. ib. 1. cum Filio J Cto Cla-
 riss. in Colleg. Lauterb. tit. mand. ib. 16. add. Nic. de Passer.
de Scriptur. Privat. lib. 3. qu. 47. num. 1. Liceat autem non
 negem plerunque laudationis atque commendationis a-
 etum conjungi, suscipitur enim haud raro laudatio com-
 mendationis ergo, ut eo certior & expeditior commen-
 daando favor concilietur, adeoque illa concurrit cum
 commendatione, ut commendantis intentio promovea-
 tur; ast quis hoc perpetuum esse dixerit aut negaverit da-
 ri commendationem sine laudatione & laudationem sine
 commendatione? Ita constat noununquam laudari per-
 sonas ab oratoribus ingenii ostendandi ergo vel res à ven-
 ditoribus eum in finem extolli, ut carius vendantur. vid.
I. 19 pr. ff. d. adit. ed. Quod igitur ad commendationem
 generalem attinet, res manifesta est, tantum abesse, ut ad
 esse illius requiratur laudatio, ut potius dicendum certis
 in casibus commendantes tatissime agere, quando à lau-
 de personæ prolsus sibi temperant, v.g. quando personæ
 qualitates non satis habent perspectas, ne forte, cum istæ
 deliderio atque expectationi ejus, ad quem directa est
 commendatio, non satis respondent, pudor commen-
 danti injiciatur, illique suscepta commendatio vitio ver-
 tatur. Specialem vero commendationem si considerem,
 quamvis in ea laudem sàpius atque in generali adhiberi
 non diffitear, ad ipsam tamen præcise necessariam non
 esse ex exemplis infra adducendis constabit & quis inficias
 id ibit? cum quotidie fere hujusmodi commendationes
 sic concipiuntur, ut laudis expertes sint, utputa, si quis ita
 dicat: Johannem omni meliori modo tibi commendō,
 potes iphi 200. thaleros credere meo periculo. Th.

Th. VI. Non exiguum cum commendatione nostra cognationem habet IV.) contractus *Mandati*, quandoquidem commendatio in hunc sape degenerat, eundemque tum effectum, quem mandatum, producit. Et quidem commendatio cum mandato quovis in eo convenit, quod in hoc id agitur, ut mandatarius ad rem gerendam, mandans augem ad indemnitatem praestandam obligetur; l. 22. §. 11. ff. *mand.* licet mandans ad eam præstationem expresse se non adstrinxerit: cum bona fides, qua etiam in hoc contractu exuberare debet, non patitur damno affici eum, qui suscepit mandatum. l. 10. pr. l. 15. l. 20. pr. ff. *mand.* In specie autem natura commendationis accedit illud mandatum, quod tertii gratia est invenit, utpote quo alterius eommодum per mandatarium promovere mandans intendit. Constituitur vero mandatum vel in gratiam mandatarii & tertii simul, v. g. cum mandatur Sejo, ut Titio pecuniam sub usulis credat. l. 2. §. 5. ff. d. t. exempla vid. in l. 2. §. 2. ff. §. 3. J. l. 6. §. 4. ff. cod. vel in gratiam mandantis & tertii, veluti quando Philippus mandat sua & Titii negotia geri. §. 4. J. d. t. l. 2. §. 3. ff. cod. vel in gratiam tertii tantum. A mandato mandatarii & tertii, nec non mandantis & tertii gratia, interveniente, differt commendatio nostra, quod in illis ab initio, directe & ratione negotii, quod committitur, semper mandantis interest; secus ac in Commendatione, ubi intuitu ipsius rei, ob quam alter commendatur, nullum interesse commendans habet, nisi ex accidenti, ut si forte honorarium promissum sit, a. l. 6. ff. *mand.* aut persona commendanti juncta sit, vel necessitate sangvinis, vel saltem amicitia.

Th. VII. Proxiime autem cum Commendationis

B 2

Spe-

Specialis natura convenit Mandatum, quod tertii gratia tantum est initum, quippe in quo, non aliter atque in hac commendatione, non directe, sed indirecte & per consequentiam mandantis interest. Cum igitur in subsequentibus non pauca ex eo mandato ad nostram commendationem transferenda sint, expediet evolvisse controvrsiam, qua nonnulli contendunt, mandatum in gratiam tertii datum, cum mandantis nihil intersit, non esse mandatum per l. 6. §. 4. ff. mand. l. 8. §. 6. cod. verbis: si nibil interest, it. si intererit mea; adduntque: notissimi iuris esse, alteri per alterum non acquiri obligationem & actionem. l. 38. §. 17. ff. d. V. O. §. 18. J. d. inut. stipul. Cui sententiae accedit Dn. Thomas. Not. ad Straub. Dissert. XV. ib. 29. p. 177. Et in Schol. ad Huberi Prelect. ad Institut. tit. de Mandat. §. 4. Sed non nego quidem, hoc esse mandatum, ubi per se ab initio mandantis interest, siquidem supra idem asserui. Interim tamen etiam id, in quo tertii solius commodum veritatur, quo minus mandatum dici possit, non video. Nam 1) mandatis accensetur mandatum, quod in gratiam tertii tantum suscipitur, in §. 3. J. d. mand. l. 2. pr. Et §. 2. ff. eod. 2) non assimilanda est mandati obligatio ex eo, quod actio mandati per accidens nonnunquam deficit: nam ab effectu deficiente causam defecisse & quidem regulariter, tuto satis non arguitur. a. pr. J. d. Auct. T. ut. nisi velis, vel mixtam esse actionem. Communi dividendo, negare propterea, quod aliquando tantum personalis est. §. 20. J. d. Auct. j. l. 6. §. 1. ff. commun. div. vel actionem commodati contrariam dari, infraiciari, quoniam impensis in rem commodatum non factis, similique causa non urgente, actio hæc in judicium deduci non potest. a. l. 18. §. 2. seqv. ff. commod. vel actionem directam

re etiam pignoratitiam dato pignore non constitui assere-
 re, quia soluto demuni pignoris jure institui potest. l. 9. §.
 3. ff. d. pign. act. j. §. 4. J. quib. mod. re contr. obl. Scilicet,
 sufficit eam esse contractus hujus indolem, ut regulariter
 actionem mandati parere queat, licet ille effectus non-
 nunquam per accidens impediatur. Subsistit igitur man-
 datum in tertii utilitatem tantum suscepsum, propterea,
 quod susceptum est, sed non datur inde obligatio ad pro-
 ducentiam actionem actu efficax, nisi mandantis per con-
 sequentiam seu indirecte interficit. 3) Quod si ab initio
 mandantis interesse desiderares, confunderetur contra
 Iosliniani intentionem mandatum in tertii utilitatem tan-
 tum susceptum cum eo, quod in tertii & mandantis gra-
 triam simul initur, in quo interesse mandantis ab initio re-
 quiritur. Rem evidenter declarat l. 32. ff. mand. qua to-
 ties concedit mandati actionem, quoties ob damnum
 mandatoris praestandum mandantis interesse incipit, una
 cum l. 6. §. 5. ff. eod. ubi dicitur: *si tibi mandavero id, quod*
non es facturus, nisi ego mandasssem, & si mea non interficiat,
(ab initio sc.) tamen erit mandati actio. Idemque l. 21. §.
 f. l. 28. ff. d. N. G. satis corroborat: nam qui Titii negotia
 geri mandavit, adversus mandatarium actionem habet
 mandati ad consequendum id, quod interest, sive man-
 datarius ea negotia male gesserit, aut negligentia detri-
 mentum dederit, sive imprudenter electus sit, cum inha-
 bilis esset ad res Titii recte administrandas: mandans e-
 nim mandati vel negotiorum gestorum actione tenetur
 Titio, cuius negotiis se immiscerit. dd. II. Unde facilis
 est responsio ad regulam, qua dicitur, alteri per alterum
 non acquiri obligationem l. 38. §. 17. ff. d. V. O. nam ea li-
 mitanda est exemplo Ulpiani in d. l. 38. §. 20. 22. nisi ejus,

qui acquirit alteri obligationem, intersit, vel intersuturum sit, si male negotium suscepsum fuerit; at quamdiu mandati obligationi nondum est satisfactum, tamdiu ignorat ac dubius est mandans, num mandatarius sic mandato eo modo satisfactus, ut ad mandantem nullum inde periculum redundet: eosque igitur mandantis interest, recte geri. add. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXII. tb. 8. n. 3. Bernh. Scot. Colleg. Jur. D. 35. tb. 16. Hahn. ad West. mand. n. 7. Franzk. ad cund. tit. §. 50. sequ. Hotom, ad §. 3. J. mand.

Th. VIII. Discernitur autem commendatio nostra ab omni mandato, 1) per id, quod cuivis commendationi accedere debet personæ quædam alterius benevolentiæ insinuatio, licet unico verbo: *commendō*, simili-
ve declarata; sine hac enim insinuatione nulla commen-
datio, ne prægnans quidem & specialis, commendationis
nomen mererur. Secus est in mandato, in quo verba ut
plurimum magis directa ac mandandi voluntatem clarius
exprimentia adhibentur. vid. l. 12. §. 10. 13. ff. mand. l. 24.
ff. d. fidej. Cum è coptrario in Commendatione potius
favorsoria, & favorem alterius excitantia, locum inveniant.
Verba enim, *Commendo* & similia per se nullum inducere
mandatum, juris expediti est. d. l. 12. §. 12. ff. mand. l. 19. ff.
d. edil. edit. 2) Quoad effectum inter mandatum &
hanc commendationem id discriminis intercedit, quod
mandans directe & principaliter mandatario, commen-
dans autem in subsidium tantum teneatur ei, ad quem di-
rexit commendationem; de quo infra in tb. 21. c. 4. plu-
ribus dicendi dabitur occasio. 3) Latius patet finis Com-
mendationis Specialis, quam Mandati, cum ille etiam ad
munia ac dignitates alteri procurandas sese extendat, teste
expe-

experientia. De Mandati aantein mandatarii tantum causa suscepit à Commendatione nostra differimine hic loci nihil dicere attinet : cum id, licet mandandi vocabulum intervenerit, verum consilium sit, & regulariter non obligatorium. *l.z. §.f.fl. mand.*

Th. IX. V.) Cum & verbis & scriptura siant Commendationes speciales ; qua ratione Litteræ intercessio- nales ac fiduciales à commendatiis specialibus differant, expediet subjecisse. Et quidem litteræ Intercessionales in sensu eo, quo à plerisque Doctoribus adhiberi solent, certum negotium vel contractum cum commendato in eundum, necessario præsupponunt, atque commendatiis specialiores sunt : has enim adhiberi posse, licet non ad certum negotium dirigantur, nullum puto habere dubium, v. g. : Ich recommendire ihme Überbringeren dieses aufs beste / Er wird mir einen Gefallen erwei sen / so er ihm hilft / womit er nur weiß und kan, Er soll deswegen von mir vollige Satisfaction haben / und in allem Schadloß seyn. Interim videmus litteras has ce synonymice nonnunquam accipi, quod etiam fit apud Carpz. *P. 2. dec. 126. n. 1.* propterea, quod allatus ab eodem easus, quo quisquam, ut mutuo daretur ipsi frumentum, est commendatus, tam ad intercessionales, quam ad Commendatitias literas applicari potest.

Th. X. VI.) Epistolæ fiduciales, exque speciales, nostrisita affines sunt, ut à quibusdam Dd. sub commendatiis latiori sensu sumtis comprehendantur, vel etiam inter vocabula synonyma referantur. vid. Abbas Panorm. *in c. fraternitati, x. d. cler. non resid. n. 7.* Christi naus *Vol. III. dec. 34. n. 6.* Gomez. *Resol. Tom. II. c. 13. n. 5.* &c. Vocantur alias etiam Literæ Fiduciaæ, Credentiales,

Cre-

Creditivæ, Credentiaæ, Credenz-Brieffe. Jason. in re-
 pet. l. admonendi. ff. de jurej. n. 144. Salyc. ad l. f. C. quod
 cum eo, qui in al. pot. n. 4. atque describi possunt, quod sint
 literæ, quæ à privatis ad privatos eo fine dantur, ut fides
 latori concilietur, intuitu negotii commissi, & ad scri-
 bentem spectantis. Harum naturam non male declara-
 bunt formulæ, quibus concipi solent: conservaverunt e-
 nim hujus esse tenoris: Deditius huic, qui literas nostras
 vobis reddit, potestatem in negotio ipsi commisso agendi
 vobiscum: quicquid acturus est, ratum habebimus. Vel,
 quod eodem recidit: Wir haben ihm Befehl gegeben/
 mit euch von dieser Sache nothwendig zu handeln/
 und darauf mit euch zu schliessen, und was er dißfalls
 mit euch/ und ihr mit ihm/ schliessen werdet/das wol-
 len wir hiermit genehm haben/ und stett und fest hal-
 ten. Item: Ihr wollet ihm Glauben geben/auf mei-
 ne Gefahr. Nicol. de Passer. de Scriptur. Priv. lib. III. qu.
 46. n. 1. sequ. Rutger. Rulant. d. Commissar. & Commission.
 P. II. lib. V. cap. 14. n. 19, 20. Berlich. P. i. concl. 36. num. 56.
 His autem literis, non minus quam commendatitiis speci-
 alibus, vim valide obligandi tribuendam esse, nemo vo-
 cabit in dubium. a. l. 24. ff. d. fid. ej. Ad illicita tamen seu
 legibus prohibita, aut ea facta, quæ omnino specialiter
 exprimenda sunt, extendi non debent. a. l. 15. §. 26. ff. d. in-
 jur. j. l. 123. ff. d. V. O. secundum Mascal. d. Probat. Concl.
 629. addit. ad n. 8. Interim diversitas litterarum fiducia-
 lium à commendationibus specialibus exinde liquet, quod
 in illis de fide in negotio ad scribentem spectante concili-
 anda: in his vero, de persona affectui alieno insinuanda,
 animo serviendi commendato, agitur; atque obligati-
 onis periculum principaliter, in literis fiducialibus, minus
 prin-

principaliter, in commendatitiis ad scribentem redundant. Dum vero à privatis ad privatos dari has literas monui, sat is apparere puto, me non intelligere illas epistolas Credentiales, quibus legitimantur instruunturque Legatorum personæ ab iis, qui illos mittunt, ut à Principe vel Republica, ad quam mittuntur, benigne audiantur, fidesque ipsis habeatur.

Th. XI. Hisita præmissis, quemadmodum Commendatio nostra dividi possit, videbimus: atque in eo ita versabimur, ut diversitatem effectus ex his Divisionum membris subinde resultantem subsequentibus thesibus maximam partem reservemus. Primo itaque à fine & ejus objecto sit commendatio vel ad munera seu officia, vel ad negotia e. g. contractus, vel ad maleficia sive delicta. Commendatio ad officia dicitur, quando quis alterum favori alterius ideo insinuat, ut commendatum dignitati eidam, v. g. pratorię, admoveiri curet. Ad negotia commendatio sit eo animo, ut vel certum cum commendato negotium suscipiat, vel cum eo contrahatur, v. g. si commendetur Titius, ut Caius eum adhibeat tanquam medicum corpori suo curando, aut instituendis liberis, vel eodem v. g. tanquam famulo aut coquo utatur, aut, ut eidem pecuniam mutuo det. Postrema Commendatio, ad maleficia scilicet, sit, quando quis scelerato proposito in gratiam commendati personam ipsius favori alterius ideo, ut delictum committere possit, insinuat, & eo ipso se facinoris participem pœnæque obnoxium reddit, v. g. si quis in hunc finem commendat, ut furtum fiat, ut venenum tertio præbeatur. Ex quibus exemplis apparet, posse hæc concurrere, ut ad negotia simul & maleficia fiat commendatio, ita tamen, ut celebranda cum

commendato negotia s̄aþe se habeant ut media ad finem,
quem intendit commendans & commendatus, obtinen-
dum idonea, utputa, cum commendator Sejus in familie
numerum referendus, ut reprobæ moneta disseminandæ
serviat.

Th. XII. Secundo à forma externa commendatio
dividitur in eam, quæ sit verbis ore prolatis, & quæ iisdem
in scriptoram redactis perficitur, diciturque epistola com-
mendatitia. Sunt enim voces ac literæ potiora volunta-
tis nostræ indicandæ media, signaque ad exprimenda ani-
mi sensa longe aptissima. Nec quicquam aut certe parum
(faceret enim scriptura, si de obligatione commendatio-
nis queratur, non nihil ad faciliorem probationem a. l. 4.
ff. d. pignor.) quoad effectum intererit, literis, an nudis
verbis ea celebretur, modo alias necessaria hujus com-
mendationis requisita probe observentur. Tertio intui-
tu cause impulsu, alia commendatio suscipitur à commen-
dante ultro ac motu proprio, nulla præcedente alterius
imploratione, alia ad petitionem vel ejus, qui se vult
commendari, vel alius, qui capit alterum hoc modo ju-
vari, & hac commendatio priori frequentior esse solet.
Quarto ratione qualitatis personæ, que commendat, alia
commendatio innocens, simplex ac considerata dicitur,
alia temeraria atque culposa audit. Illa contingit, quan-
do quis vel plane nihil de persona commendata, vel sal-
tem id, quod certe intellectum habet, adhibita debita cir-
cumspicione, asserit, v. c.: Der Herr lasse sich Sem-
pronium recommendire seyn/ er kan ihm wohl in
Nothfall mit Geld an die Hand gehen: (Ich kan ihn
zwar nicht versichern, ob erwehnter Sempronius
so gar genau werde inne halten / ingleichem ist
mir

mir unbewußt/ ob er viel im Vermögen hat/
oder nicht:) Ich bin unterdessen dem Herrn
gut davor / daß er darbey nichts verlieren soll.
Ubi notandum est, verba, quæ parenthesin constituunt,
omitti posse, ita, ut nihilominus commendatio hæc siar-
plex permaneat. Hæc est, quando quis ex animi impru-
denter, effuso alterum sermone & jactabundis encomiis,
sine justa ratione commendat. fac. l. 13. §. 3. ff. d. act. emt. j.
Nov. 74. c. 4. v. Jul. Clar. Sent. l. 5. §. f. q. 60. num. 5. Ut si
quis alterius fidem, facultates, familiam, &c. multis ver-
bis extollat, cum ipso vel plane nullam habeat personæ
notitiam, sed putet saltem & credat, res commendati ita
se habere; vel talem, quæ non nisi ex aliorum relatione
famave incerta quaesita est, quo quidem casu eo minus te-
meritatis committitur à commendante, cum in ignoran-
tia justa versari possit, quo diligentius commendatus mo-
res suos in se satis depravatos callide occultare bonaque
aliorum de se fiduciam alere didicit. Accurata igitur hic
adhibenda diligentia à commendante, ne temere ad com-
mendationem prosiliat, id quod monitum ab Horatio,
l. i. Ep. 18.

*Qualem commendes, etiam atque etiam affice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*

Th. XIII. Probe tamen separanda hæc ipsa com-
mendatio est à dolosa, nec enim semper dolum animo
souvertemere atque incaute aliud commendans, quam-
vis culpa haud levis réum se faciat, utpote qui eo temeri-
tatis ac negligenter procedit, ut hominem, cuius nec fa-
cultatem nec mōrum conscius est, benevolentia tertii
ita, ut simile pro ipso obliget, insinuare non erubescat.

Quinto Commendatio ab adjecta landatione distinguitur in veram & falsam, prout nimisrum commendatos iis qualitatibus, quas in eo deprædicamus, ipso commendationis tempore prædictus est vel non. Notanter dico: *ipso commendationis tempore*; posset enim alias utraque, vera & falsa, subdividi in eam, quæ statim ab initio, & quæ ex postfacto demum talis est, sed posterior proprie vera vel falsa dici ideo nequit, quia talis non est, sive spectes mentem commendantis, cujus in hoc negotio animus atque intentio potissimum vénit attendenda a. l. 7. §. f. ff. d. dol. p. mal. sive consideres statum, in quo persona, cum fieret commendatio, fuit. a. l. 54. ff. d. adil. edict. l. 3. C. eod. Falsa itaque dicenda non est commendatio nostra 1) cum commendans ea exprimit, quæ falsa esse illico manifeste appetat, quandoquidem qualitates cuivis patentes non nisi cum concordia ignorari solent. l. 14. §. f. ff. d. t. l. 43. ff. d. contr. emt. eaque ignorantia regulariter excusationem non mereatur, dd. ll. maxime, cum commendans ludendi magis, quam se obligandi animum ita prodat, dummodo a malitia alienus sit. Neque 2) falsam nuncupabimus commendationem, quoties ab initio vera est, sed tractu temporis in falsam degenerare videtur. Multis enim modis contingit, ut commendatus post temporis lapsum s̄e exiguum, non amplius qualitates eas habeat, à quibus ab initio commendatus est, quibusque tum revera polluit. Ita si v. g. Medicus, pictor aut alius artifex sit commendatus specialiter, evenire potest, ut vel ingenii, vel corporis vires morbo debilitentur, aut, pro infelicitate ac varietate casuum, plane consumantur. Item suffragio fortunæ pauperissimus olim s̄e maximas facultates consequitur, & è converso locuples iisdem subi-

to labitur, quibus, cum commendaretur, amplissime instructus erat. v. l. 3. §. fil. 4. ff. ut in poss. leg. vel fideic. serv. caus. Unde merito commendans de inopinatis ac fortuitis hujusmodi eventibus non tenetur. a. l. i. §. ii. ff. d. magistr. conven. l. 7. §. 8. ff. d. minor. l. ii. §. i. ff. d. act. emt.

Th. XIV. Sexto commendatio nostra vel lucrosa est, vel non, quatenus scilicet ecommendans ex commendatione lucrum habet, aut sperat, vel secus. Illo casu commendans non solum ex specialitate tenebitur, sed etiam ex circumstantiis nonnunquam doli suspicione vix effugiet. f. l. 52. §. 21. ff. d. furt. Et tandem Septimo & postremo ab adjuncto temporis alia commendatio factum à commendato & eo, cui fuit commendatio, suscipiendum antecedens, alia idem subsequens, posteriorius periculo ut plurimum erit vacuum. vid. Mev. ad Jus Lub. Part. 3. tit. 10. art. 1. n. 33.

Th. XV. Persicitur autem actus Commendatio-
nis specialis, quando is, qui alteri inservire intendit, com-
mendandi seque inde obligandi voluntatem alteri decla-
rat, ita, ut nihil interfit, quomodounque id fiat, a. l. t. pr.
& §. i. ff. mand. §. un. f. d. oblig. qua ex cons. nasc. Sive ver-
bis sive literis, sive etiam per nuncium. Requiritur ita-
que, ut commendatio in favorem commendandi susci-
piatur, quod si enim proprium tantum commodum com-
mendans intendit, non est commendatio, sed aliud ne-
gocium inde emergit, & sape quidem mandatum, de quo
supra actum est. Hic autem perpendendum, an com-
mendandi consensu opus sit ad hanc commendationem?
Regulariter quidem hic accedere solet, attamen, ut is
præcise & in omni commendatione speciali adsit, neces-
sarium non est: possunt enim etiam ignorantes, ut eo-

rum negotia gerantur, alteri ita commendari, ut quem admodum *inc. 4. 16. 20.* deducetur, actio negotiorum gestorum inde oriatur. Et licet hoc modo ignoret commendatus, se commendari, potest tamen nihilominus commendans ejus commendandum intendere, sive commendatio sit ad officia, sive ad negotia. Imo non tam deficiet omnis consensus commendandi, quam idem praesumetur, si v. g. commendans bene habet cognitum, commendatum ad tale munus, ad quod nemo tum admotus est, adspirare, vel pecuniam dudum mutuo accipere voluisse, neque quenquam, qui eam crederet, invenisse. His commotus si quis commendat, utique jam est commendatio, licet ea pro diversitate casuum vel plane nullum, vel difficilem effectum sit habitura, priusquam de ea certior fuit redditus commendatus. Ejus tandem, ad quem sit commendatio, personam si respicias, omnino requiritur ad hoc, ut plene commendationis actus absolutator, eum commendationis facta notitiam nactum esse, adeo ut, usque dum ipse consenserit, obligatio ex commendatione in pendent sit. *a. l. i. ff. mand.* nam cum in arbitrio ejus, cui facta est commendatio, sit, utrum commendationi locum relinquere, & sic commendatum j�are velit, nec ne, suo dissensu, quo minus nascatur ex commendatione obligatio, impedire potest *d. l. i.*

Th. XVI. Nihil autem officiet, nee quoad effectum intererit, an litera commendatitiae ad eum data sint, qui v. g. crediturus commendato est, an vero ad alium modo ille, ad quem directa, tenorem literarum futuro creditor i referat, vel easdem ipsi exhibeat, ut ab illo commendatus mutuum accipiat. Habebit enim tum recipiens se, ut nuncius, jam vero per nuncium etiam mandatum

rum celebratur, l. i. §. i. ff. mand. quidni etiam commendatio nostra, quantum prope ad dictum contractum accedit? & hunc in modum pronunciatum esse in Judic. Reg. Wismar, refert Mev. part. 4. dec. 186. n. 6. Ceterum solent variae res causaeque vel à commendante adduci, ut ipsius adversus commendatum benevolentia provocetur, vel etiam sponte ei, cui sit commendatio, in mentem venire, ut: virtutum merita, v. c. si quī, 108. t. 1. q. 1. morum probitas, commendantis cum commendato necessitudo, natalium splendor, & vel sexcenta alia, quibus enarratis studio brevitatis supersedeo, cum commendationis effectum saltem promoveant, ad essentiam vero commendationis non pertineant.

Tb. XVII. Actus Commendationis ad delinquendum ad perfectionem sui requirit, ut is, qui pessima haec via alteri inservire intendit, commendandi voluntati quoconque modo declareret; deinde, ut in gratiam ejus, qui delinquere vult, commendationem suscipiat. Quod si enim commendans solus delictum intendit; licet prætendat, se id tertii causa facere, pessimum, quod sui ipsius gratia concepit propositum, facilitandi ergo, non erit in rei veritate commendatio, sed mandatum delinquendi, aut aliud facinus ex circumstantiis intervenientibus disjudicandum. Scientia tamen commendandi, quod commendetur, aut expressus ejus consensus, ut ab initio interveniat, necesse non est, nam & eodem deficiente in gratiam commendati fieri potest commendatio, si v. g. commendantem non lateat, eum, in cuius detrimentum commendatio suscepitur, capitem commendandi inimicum esse, & hunc, quem commendare vult, semper nihil magis in votis habuisse, quam ut opportunam nocendi

cedi inimico occasionem nanciseretur. Si consideremus personam, ad quam dirigitur commendatio ad delinquendum, ad actus hujus plenariam perfectionem omnino requiri videtur, ut commendatio non solum inter commendantem & commendatum decreta, sed etiam tertio, qui, ut commendati intentioni satisficiat, imploratur, vel proposita, vel, si literis fiat, insinuata sit. Interim ad hoc, ut dictus actus commendatio ad delinquendum appellari queat, necessaria non est acceptatio tertii. Hic enim sive suscepit commendationem, sive rejeicit, manet Commendatio ad maleficium, licet illa, in causa posteriori, effectu suo, ob quem emissâ est, destituatur. Eodem modo necesse non est, ut tertius, ad quem sit commendatio, particeps sit fraudis & consilii maligni, quod habent commendatus & commendans, propositi, id quod ex dicendis in c. 5, tb. 4, manifestius constabit.

CAPVT II.

DE

PERSONIS IN NEGOTIO
COMMENDATIONIS SPECIALIS IN-
TERVENIENTIBVS ET EIVS
FORMA AGIT.

S V M M A R I A.

An commendare possint furiosi, infantes, ebrii, irati? tb. 1.
Num bannitus, deportatus, pupillus, minor, prodigus,
fæmina? 2.

Cautiones observanda ei, qui vult commendare specialiter
tertio. 3.

Ad

Ad delinquendum commendant pubertati proximi, puberes, minores, 4.

An item furiosi, dementes, ebrii, irati, prodigi? 5.

De personis, ad quas diriguntur commendationes ad officia, & quid illis caverendum sit, 6.

Cantele pro iis, quibus quis commendatur vel ad negotia vel ad maleficia, 7.

An commendentur res, an persona aliena? 8.

Qui commendari possent, qui non? quatenus liceat ad officia per commendationes aspirare, 9.

Causa I, fin. C. quod cum eo quin alien. 10.

Idem declaratur, 11.

Dicit lex ulterius explanatur, 12.

Forma actus in eo consistit, ut commendans 1) vel it commendando in desiderio suo prodeesse, 13.

2) se pro illo obligare, quod specie facti declaratur, 14.

Qui commendantis animus ex verbis obligatoris potissimum colligitur. Si illa obscura sint, quid juris? 15.

In specie, quid faciat commendationem ad delinquendum? 16.

Commendatio ad maleficia non presumitur. Judicis bac in parte officium, 17.

Forma externa quoniam? Commendatio Specialis etiam taciturnitate constituitur, 18.

Est negotium gratuitum, non tamen respuit honorarium, 19.

THES. I.

Deferimur nunc ad subjectum sive personas tum eas, quae commendant, tum illas, ad quas commendationes diriguntur. Commendantes personas si excutiam, ad

D

ad commendationem nostram ad negotia tendentem, quæ genuinos suos limites egreditur, dum obligat, & velin mandatum, fidejussionem vel aliud negotium civiter obligatorium degenerat, 1) ejusmodi personæ requiruntur, quæ se obligare possunt: hinc commendare specialiter impediuntur furiosi. l. 5. ff. d. R. J. §. 1. J. quib. non est perm. fac. test. modo dilucida intervalla non habent, alias tempore intervallorum recte commendant. a. l. 6. C. d. Curat. fur. Mense capti, infantes. §. 9. J. d. inut. skip. l. i. inf. C. d. sal. mon. Quod ad ebrios spectat, si de commendatione ad contractus sit quæstio, omnino afferendum est, quod specialiter commendare non possunt: vix enim sciunt temulenti, quid scribant, quidve loquantur, & per ebrietatem quod faciunt, ignorantes quasi se cessevidetur. v. c. 7. caus. 15. q. 1. Hinc etiam est, quod à Dd. inter eos numerentur, qui ob defectum sufficientis consensus, quo minus valide paciscantur atque contrahant, impediuntur. Du. Struv. S. J. C. Ex. VI. tb. 37. inf. ubi prej. idem, Dissert. de dannis tb. 36. Et ne iratos pro rorsus pratermittamus, quoad eos sic septiendum videatur, si quando continget, ut quis commendet alterum specialiter, ut cum ipso contrahatur, ea iracundia vehementia percitus, quæ animi judicium impedit, illo, ad quem directa est commendatio, iracundia vehementiam hanc ex circumstantiis colligente, pro irrita atque invalida habenda est commendatio. l. 48. ff. d. R. J. a. l. 3. §. 1. l. 55. ff. d. O. & A. Aliud videtur dicendum de commendatione ira commoti, quoties affectum hunc is, cui fit commendatio, juste ignorat. a. l. 26. ff. mand. j. l. 3. §. 5. ff. de neg. ges.

Th. II. 2) Requiruntur tales personæ, quibus facultas

cultas se met obligandi in foro civili relicta est. Quod si igitur bannitum spectem, rectius illi jus commendandi specialiter denegari, quam tribui existimo in nostro Imperio, si quidem pejoris conditionis est, quam deportatus, atque ab omni juris communione in eadem exclusus per Ord. Cam. Part. 2. t. 10. §. 2. At quid de commendatione, qua à deportato proficitur, dicendum esset? à mandanti facultate deportatum non esse excludendum ex l. 21. §. 5. ff. mand. colligo, cum contractus ille sit Juris Gentium, cuius communionem ipse retinet; l. 17. §. 1. ff. d. pæn. j. §. 2. J. d. J. N. G. & C. bona que post sententiam deportationis acquisita sibi servet ad dies vitæ, sub bonis autem & actiones contineantur. l. 49. ff. d. V. S. fac. a. l. 2. C. d. bon. proscript. l. 6. l. 14. §. 3. l. 15. ff. d. interd. & releg. Conf. Arum. Exerc. Just. 15. tb. 7. Brunn. Ex. Just. 21. ad pr. J. mand. Duaren. t. Mandati vel contrac. 2. verb. deinde. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXII. tb. 4. Diss. Gothofred. add. l. 22. §. 5. lit. g. Conf. Cujac. ad l. 8. ff. quicq. test. fac. poss. verb. si cui aqua. Idem igitur de commendatione hac speciali statuendum esse puto. a. l. f. C. quod cum eo qui in alien. Secundum quid à commendatione nostra excluduntur pupilli & minores curatorem habentes, nisi scilicet tutorum auctoritas ac curatorum consensu accedit, sine quo nihil suscipere queunt, ex quo corundem conditio possit fieri deteriorior; l. 28. pr. ff. d. pæt. §. 9. J. de inut. slip. l. 3. C. d. in integr. rest. min. secus si meliorem reddant conditionem suam, tum enim pupilli tutorum auctoritate, & minores curatorum consensu ne quidem opus habent. dd. tt. Idem est in prodigis, l. 6. ff. d. V. O. cum nec hi cum effectu promittere, immo nullos actus civiles alienationem inferentes, conditionemque ipsorum deteriorem facientes, suscipere

D 2

valeant.

valeant. d. l. 3. C. d. in integ. reflit. min. a. l. 2. §. 3. ff. d. Jur. Codic. l. 9. §. 7. ff. d. reb. Cred. l. 18. §. 3. ff. d. castren. pecul. Denique nec mulieres Jure Saxi sine curatoribus, cum si ne his contrahere nequeant, ad contrahendum (indelictis secus est. l. 7. §. 1. ff. d. jurisd.) specialiter commendabunt. v. P. 2. C. El. 15. & ad eam Carpz. def. 1. seqv. Quod si commendando intercedant, competit ipsis exceptio SCti Vellejani. l. 7. act. 1. ff. & C. ad SCt. Vellej. De fœmina mercatrice v. Leipz. Wechsel-Ordn. n. 2. p. 64.

Th. III. Tandem etiam secundum quid, & ob rationem pudoris ac modestiae, commendatio nostra non recte sit ab eo, qui personæ commendanda vel nullam notitiam habet, vel non nisi eam, quam ab aliis fide non satis dignis accepit, aut ex rumore incerto hancit. Caute itaque agere commendaturum decet. Et si quidem ad aliquod munus fiat commendatio, admodum difficilis sic in commendationis periculum suscipiendo; nisi justa ratione ducatur & commendanda personæ vitam ac qualitates vel optimè habeat cognitas. Huc pertinet Rescri ptum Hadriani in l. 6 ff. d. cauf. & exhib. reor. in quo haud dissimulat Marcianus, qui id refert: hactenus compertum esse, quod non omnes ex bona fide elogia scribant, sed potius falsis & emendatis commendationibus, ignavis patrocinari multis solenae sit. f. c. esloet. 19. cauf. 1. q. 7. Quicunque autem alterum specialiter commendare revera animum induxit, suaque multum interesse putat, commendationi locum relinqui: ille animum obligandi, expresse & manifeste declareret, ne alter dubitet, num commendanti credendum sit, nec ne, morasque verborum obscuritate motus nectat, quod forte non fecisset, si commendans fidem suam ratione indemnitas interposuisset
aper-

apertius. conf. Dn. Stryck. *Caus. Contract. Sect. 2. cap. II.*

§. 19. in f.

Th. IV. A commendatione autem ad malefici-
um, tanquam actu in se illico, quilibet vir honestus ab-
stinebit, perpendetque, se delicti participem fore, iis
quoque in casibus, quibus commendatus crimen etiam
sine commendatione commissurus fuisset: non enim de-
bebat malitiam alterius commendando augere atque
promovere. v. l. 1. §. 4. ff. d. serv. corr. l. 16. ff. d. pæn. In-
terim de facto commendare ad delinquendum possunt
pubertati proximi, qui nimirum nondum impleverunt
annum 14. a. l. m. ff. d. R. J. §. 18. J. d. obl. que ex del. l. 7. C.
d. pæn. Ord. Crim. art. 164. Quinam autem præcise his
annumerandi sint, judex ex doli capacitate & annis as-
similat. Quod minus dubii habet in puberibus, quales ho-
die, si de delictis est quæstio, omnes tam masculi quam
feminae efficiuntur, quamprimum annum 14. compleve-
runt; a. d. art. 164. O. C. Carpz. P. 3. q. 143. n. 26. nec non
in minoribus. a. l. 37. §. 1. ff. d. minor.

Th. V. Furiosus commendando aliquem ad ma-
leficium non delinquit: caret enim usu rationis, indeque
nec doli nec culpæ argui potest; l. 3. §. 1. ff. d. injur. nisi
commendet, cum habeat dilucida intervalla. a. l. 14. ff. d.
off. prof. Dementes & melancholici, cum omni plane
intellectu haud careant, commendare possunt ad delin-
quendum. Ebriosi ponderemus, illi quidem, si perten-
tulentiam mens in exilium acta est, furiosi non sunt ab-
similes: c. 14. x. d. vit. & bon. cleric. iisdem tamen, cum
ad minimum culpa non æque ac isti careant, non penitus
æquiparandi veniunt: merito itaque iis annumerantur,
qui possunt ad maleficium commendare. Quatenus ve-

ro exinde ipsi vel non obligentur, vel mitius, quam ratio-
ne sua recte utentes, sint puniendi, infra in *tb. II. 12. cap. 5.*
cum de effectu sermo erit, monebitur. Idem dicendum
de iratis, sic commendatibus, cum ad hanc commenda-
tionem, quæ ad delinquendum suscipitur, cit. *lex 48. ff. d.*
R. J. applicari nequeat, a. l. 16. §. 2. ff. d. pœn. l. 5. C. d. injur.
conf. Jul. Clar. sent. l. 5. §. f. q. 60. n. 4. Sed quid de pro-
digis? Dici hic non potest, prodigo, uti furioso, nullam
esse voluntatem, ex *l. 40. ff. d. R. J.* Nam comparatio
prodigi cum furioso non est universalis, sed procedit tan-
tum quoad bonorum administrationem: quod appareat
ex restrictione Ulpiani in *l. 12. §. 2. ff. d. tut. & Curat. dat.*
verb. *quoad bona sua.* Cessat ea, si queratur de delicto, u-
bi omnino satis vult sufficienterque intelligit, quod agit,
prodigus, dolique capax est: hinc non excusatitur, five
peccata in delictum, ad quod commendando concurrit, sta-
tuta sit pecunia, five etiam corporis afflictiva: non e-
nim sequitur, quod, quemadmodum non potest contra-
hendo alienare, ita nec delinquendo possit: cum nullum
auxilium nullaque immunitas prodigo delinquenti, adeo-
que in dolo versanti, concessa sit *a. l. n. ff. d. incend. ruin.*
nauf. j. l. n. §. 1. ff. d. dol. mal. v. Ant. Matth. d. Crimin. Prolega-
c. 2. n. II. Bachov. ad Trentl. V. 2. D. 30. tb. 6. lit. a. ubi Diff.
Trentl.

Th. VI. Quod si porro ad eas personas, ad quas
diriguntur commendationes, convertamur, facile appa-
ret, eas commendationes, quibus alter ad honores com-
mendatur, suscipere posse omnes, qui ad ejusmodi bene-
volentia officia commendatis exhibenda capaces sunt, ea-
que facultate ac meritis pollent, ut alios ad dignitates &
munera promovere valcant. Ita habile ejusmodi com-
men-

mendationis subjectum non est persona, cum qua commercium est interdictum. Hinc nec commendationes ad honores nec ad contractus dirigere licet, ad hostem Reipublicæ, neque ad bannitum Imperii. *v. Ordin. Cam. Part. 2. tit. 10. §. 2.* In specie quoad commendationem ad negotia & contractus, ea, quæ de habilitate personæ commendantis *ib. 1. & 2.* hujus cap. diximus, ubique nulla diversitatis ratio deprehenditur, in iis quoque, ad quos siant commendationes, locum invenient. Solet autem plerumque quis alios commendare necessariis & amicis suis, ea potestate instructis, vi cuius illa, quorum causa sit commendatio, in effectum deducere possint. Et his sane proderit circa factas sibi commendationes apprime cautas & circumspectas esse, atque sibi dictum putare illud Ciceronis, *lib. I. d. petit. consul.* Nervos arque artus sapientia esse, non temere credere: cum experientia testetur credulitatem matrem esse deceptionum, *cons. I. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. er. I. 3. §. 9. ff. d. in rem vers. I. II. C. d. O. & A.* Damnum enim, quod hujusmodi credulus ex eo sentit, quod commendationem tam temere suscepit, sua potius imprudentia, quam alterius commendatione accidisse censembitur. Itaque cum homines ad scribendum commendatitias litteras, quibus alios, ut ad officia promoteantur, affectui Patronorum insinuant, etiam speciales, utpote de quibus nobis hic sermo est, sape satis sint faciles, forte: quod sibi persvasum habent, ex iisdem nullam sequi obligationem, cauti esse debent magistratus aliquique, ne omnibus ejusmodi epistolis & elogiiis promiscue credant, sed tantummodo proficiscentibus ab his, quorum fides intemerata, nullisque corrupta largitionibus, deprehenditur. Besold. *Theſ. Pract. ad acut. voc. Commendiren.*

Th.VII.

Th. VII. In primis si commendatio ad negotia facta sit, serio circumspicient illi, quibus commendatio insinuatur, quis sit tenor verborum vel literarum commendantis, num generale vel speciale quid sonent, an obligandi mens inde elici possit, nec ne? Nicol. Boér. dec. 282. n. 2. seqv. an à commendante scriptæ, aut saltem subscriptæ, vel sigillo ejus munixa sint. Nec pœnitentebit, probe observasse, num à viro prudente ac sincero, an vero à plebejo quodam vel suis moto affectibus, prædicetur commendatio: posterior enim facile incurret animi vel inconstantis vel præcipitis suspicionem: quandoquidem verendum est, ne vel ex temeritate, vel dolo commendatio profluxerit, citra propositum honesta commendationem petentis desideria promovendi. Homini autem candido ac fide digno qui credit, non facile damnum sentiet, nec credulus dici poterit; uti nec is, qui inducitur ad fidem habendam alia justa ratione: vid. l. 1. C. ad SCT. Maced. l. 12. ff. d. stat. bom. l. 10. ff. d. bon. posseff. neque qui tale quid credit, quod publice sic existimatum fuit. fac. l. 3. pr. ff. ad SCT. Maced. Contra securitatis fiducia nimis sibi is, cui facta commendatio, blandiri non debet eo, quod forte existimet, se pro uno debito duos habiturum esse obligatos, commendatum quidem ex contractu, quem cum eo iniit, commendantem vero vel ex mandato, vel ex alio titulo. Potius explorabit apud se, an commendationi fides sit habenda, an secus, & num, si fidem ipsi adhibeat, ex verbis commendantis satis tutus esse possit: Nec movebit ipsum solum amicitia vinculum, ut statim deferendum putet commendationi, cum id in tantum ipsum ligare non possit, ut cum commendato negotium præsumis tale, quod sibi probabiliter damnosum futurum

rum est, suscipere teneatur; Considerabit enim, facile fieri posse, ut ob inopiam commendati & commendantis inanes, vel certe difficiles, sibi aliquando futura sint actiones ratione indemnitatis consequenda. Quod si vero locum commendationi vult relinquere, diligenter curer, ne excedat fines commendationis, & plus exequatur ac suscipiat, quam commendans desideravit, sed determinatam contractus verbis vel litteris expressi speciem exerceat obseruet, de quo inferius in *ib. 13. c. 4.* nonnihil adhuc dicetur. Tandem quo ad commendationem ad delicta, honestatis ac pietatis regulam sequetur is, cui ista sit, qui, quamprimum sentit, turpe factum intendi, ne minimam quidem occasionem, multo minus adjumentum aliud praebat commendato; quin potius penitus sese negotio immiscere detrectabit, damnamque quod imminet, per commendationem laetando notum faciet.

Th. VIII. Pergimus nunc ad *Objectum* sive personas, quæ commendantur. Solent itaque alterius benevolentia proprietatum insinuari *personæ*; v. *l. 12. §. 12. ff. mand.* non res, & quoties etiam de rebus prædicatur commendandi vocabulum, toties trahitur in sensum à scopo nostro alienum, & modo significat deponere, quod aliquoties licet observare in Jure Civili, ut in *l. 186. ff. d. V. S. l. 24. ff. depos. l. 6. C. eod. l. 14. §. 4. ff. d. Relig. & sumt. fun. j. l. 40. ff. eod. vid. Cujac. l. 2. Obs. 17.* modo denotat laudare vel fvädere. vid. *l. 1. ff. d. refut. in int.* ubi dicitur: *utilitas hujus tituli non eget commendatione.* add. *l. 19. pr. ff. d. adil. edict.* Hinc apparet, vocem commendationis in lato & quodammodo improposito sensu accepisse. Mayer. *ad Insit. tit. de Mandat. p. m. 825.* describendo commendationem, quod per eam vel res, vel personæ, alterius bene-

E

volen-

volentia commendentur. *j. th. 5. cap. 1. b. uj. Differt.* Supponimus porro personas alienas. Licet enim negari non possit, etiam personas proprias commendari, & non raro homines solere epistolæ, quas ad patriones dant, sui ipsius commendatione finire. Imo Ulpianus in *l. 4. §. 3. ff. d. Offic. Procons.* testatur, commendationem aliquam sui aliquando necessariam fuisse. add. Barbos. *lib. 3. c. 30. ax. 2.* Quoniam tamen tales epistolæ speciales non esse, & quoad effectum juris parum operari solent, ita, ut nisi forte dolus commendantis, aut specialis ratio intercedat, nulla inde obligatio descendat: eastantum commendationes, quibus persona aliena commendatur, adeoque commendans & commendatus tanquam diversa subjecta capiuntur, impræsentiarum accuratius contemplabimur.

Th. IX. Potest itaque commendari omnis, qui alterius auxilio atque ope recte juvari, idque negotium, ad quod commendatur, valide suscipere & peragere, & officiis, quæ ambit, digne præesse potest. Non igitur licet commendare hostem, utpote tali auxilio atque favore omnino indignum, quanquam enim in hujusmodi literis, vel commendatione verbis facta nihil sit, quod per se productionem arguat: nihilominus vel nudum sermonis ac litterarum commercium cum hoste periculo gravique suspitione non caret, tantum abest, ut permisum sit, eundem commendatione obligatoria juvare. *f. a. l. 4. ff. ad L. Jul. Maj. l. 2. C. querres export. l. 26. 4. C. de commercio, & mercator.* Idem dicendum est de bannitis imperii, quos cum deportatis de quibus vid. *l. 17. §. 1. ff. d. pæn.* comparare Dd. solent: eos tamen adhuc deterioris conditionis esse ostendit Gail. *d. Pac. Publ. lib. 2. c. 1. num. 20. 24. seqv.* Quis enim in Imperio eos suscipiet specialiter alterius favori

vori instruare, qui ab Imperatore digni habiti sunt, ut communes omnium hostes efficerentur, omnesque eorum obligationes, pacta, contractus & actiones ipso jure irritae & nulla declararentur. Tandem etiam de incarcерatis queritur: quosquidem vel ut è carcere emitantur, vel contra atque à magistratu ordinatum est, laetioribus alimentis instruantur, commendari jure non posse? intellectu difficile non esse existimo. Cavebunt etiam commendandi, in primis si se sentiant minus idoneos, ne per affectatas aliorum commendationes ad dignitates quasi grassetur, ad quas per virtutem honestius adspirasset; Non male autem neque indecorum commendationibus, quæ vero nituntur, utentur ii præcipue, quorum virtuti, quo minus inclarescat, & emergere ipsos faciat, obstat res angusta domi.

Th. X. His absolutis, cum circa hanc materiam in primis notabilis sit *lex fin. C. quodcum eo qui in alien.* non penitebit, eam penitus inspexisse. Continetur in ea Rescriptum quoddam Honorii & Theodosii Imperatorum è Cancellaria Ravennensi emissum, quod supponit ejusmodi casum: Servus vel Filius familias (nam ad hunc etiam, quæ in d. l. dicuntur, applicare licet) agro vel adibus domini præpositus est à domino, ut custos, vel colonus, vel ut conductor &c. hunc servum dominus commendat Titio, qua commendatione motus Titius, servo sine speciali iussu domini mutuam credit pecuniam. Hinc queritur, an pater vel dominus seu cultor terræ, uti in L. nostra vocatur (dominus scil. per alias terram colens) teneatur actione quod iussu? quod negatur: tenetur tamen ex aquitate actione de peculio utili; quod si autem quis specialiter & obligatorie alterum commendet, pro-

nunciatur, quod omnino exinde commendans obligetur.
vid. Salyc. & Brunn. in d. l. n. i. seqq.

Th. XI. Agitur itaque primo in hoc textu id, ut amplietur regula, qua de commendatione generali vulgo traditur: eam non esse obligatoriam, nempe, quod idem obtineat, licet commendatus in potestate commendantis sit, v. g. si commendet Dominus servum, pater filium suum: scilicet neque hoc casu tenebuntur commendantes ex simplici commendatione, quamvis ejus intuitu pecunia commendatis mutuo data vel alius contractus cum ipsis celebratus sit. Additur in laudata constitutione præter colonum &c. etiam procurator vel auctor possessionis seu fundi certi, quibus ob similitudinem Salyc. in d. l. addit Castaldionem, qui & Gastaldus dicitur, quod est à Germanorum *Gast halten / hospitum cum priuatis curam*, sed tamen alias quoque *rerum Dominicanarum gerere*; indeque idem quod auctor domini n. F. 10. hinc feendum Gastaldia. vid. Dn. Struv. S. J. F. c. 4. apb. 19. ibique Illustris Dn. Præses in Anal. Notanter etiam casus ex lege ita erutus est, ut dictum, quod servus agro vel ædibus domini fuerit præpositus, sive fundum fideliter colere jussus: ut excludam eum servum, quem dominus universæ negotiationi sua præposuit; tum enim intuitu hujus præpositionis ex facta commendatione, licet generali, omnino dominus teneretur. a. l. 5. §. 10. ff. d. insit. acz. Finckelth. Observ. Praef. XVI. n. 12. ubi præj.

Th. XII. Id vero, quod de commendatione speciali in sapientia cit. l. subjicitur, non de solo servo vel filio-fam. intelligi debet, sed, cum ratio ac fundamentum ejus, quod assertur, non presupponat aut respiciat qualitatem servilem, idem etiam locum habere in quounque homine

mine libero, manifestum est. *a. l. 12. §. 12. ff. mand.* Et in priori quidem legis nostræ casu non poterat pater vel dominus teneri actione quod jussu, cum nihil ipsis, quos commendabant, dare præceperint, per *d. l. f. & §. 1. J. quodcum eo.* Quod si vero id, quod beneficio commendationis consecutus est v. g. filius familias, in rem patris versum sit, tunc pater tenebitur actione de in rem verso, in quantum in rem suam versum est: *§. 4. J. d. t. l. 19. §. 4. ff. d. in rem vers. scilicet, ratione contractus cum filio initi, & factæ versionis in rem patris;* non ideo, quod commendavit pater. Quamvis igitur illo in casu creditori contra generaliter commendantem qua talen nullam competere actionem dictum sit, licentia tamen ipsi per laudatum Imperatorium rescriptum concessa est, si cum commendato servo vel filios fam, contraxit, actione de peculio utili contra dominum prædiorum experiri. *§. 10. J. d. ad. modo ipsi servus nihil debeat & rationes reddiderit.* Utilem tantum concedunt Imperatores, quia ratione peculii non contractum est. Brunn. *ad d. l. n. 3.* Tandem etiam lex requirit, ut liber à rationibus, quas gesit, commendatus fuerit inventus, cum dominus ultra vires peculii non teneatur, & necesse sit, ut deducatur prius, quod domino debetur. *l. 9. §. 2. ff. d. pecul. l. pen. C. quodcum eo.*

Th. XIII. Facile nunc dijudicandum erit, quid *Formam actus commendationis specialis constituat, eumque ab aliis adæquate distingvat.* Nimirum cum quælibet commendatio sine laudatione, & laudatio sine commendatione esse possit, statim apparet, eam de essentia commendationis non esse. Potius dicendum est, formam internam commendationis nostræ dependere à fine *& intentione commendandi,* qui alterum alterius effectui ita insi.

insinuat, ut simul animum sese obligandi declareret. Debet itaque 1) commendantis ea mens esse, quod velit, vi commendationis suæ, commendatum ab alio adjuvari, ut eo facilius, quod desiderat, commendatus impetreret, majorque eidem fides habeatur; quod si hoc deficiat, intercedit vel consilium vel mandatum, &c.

Th. XIV. 2. Forma commendationis nostræ desiderat talia à commendante verba adhiberi, quæ animum obligandi arguunt. Hinc in casu à Mornacio J Cto Gallo ad l. 12, §. 12, ff. mand. memorato non specialem, sed generalem commendationem intercessisse dicendum est: Ubi scil. medicus Regius, nomine de Cappe, Pedemontanum quendam, quem probe nosse se dixit, Marchioni Pisano in dispensatorem domus commendavit, cum factum esset paulo post à commendato furtum domesticum, convenus est medicus à memorato Marchione ob admissum delictum; sed absolutum fuisse medicum, addit laudatus Mornac. ad d. l. Potuisset tamen mutatis aliquibus circumstantiis evenisse, ut commendatio specialis atque obligatoria dicenda fuisset: Si medicus, licet absque sinistro doloso, Pedemontanum ita commendasset, ut simul afferuisset, dispensatorem commendatum optime rebus commissis esse invigilaturum, fidem ipsi sine periculo adhiberi, nihil ipsum detrimenti daturum, nihil malitiose facturum esse; & si præter expectationem quid ipse admiserit, le indemnitate prælitorum esse. Sanc si his præsuppositis tale furtum contigisset, quin in contrarium & contra medicum pronunciandum fuisset, nullus dubito. Nec obstat, quod quis obiectere posset, medicum se non potuisse obligare ad impossibile, cum in ejus situm potentate non fuerit, efficere, ne dampnum daret aut delin-

linqueret commendatus, a. l. 185. ff. d. R. J. & factum ter-
rit non esse in nostro arbitrio; præprimis, cum hominum
mores occultari mutarive posse palam sit. Verum enim
vero commendans hic valide obligabitur ex temeritate
sua, & quod facti alieni periculum in se suscepit. a. l. 3. C.
d. adil. act. etiam si id commendatum non esse perpetratu-
rum firmiter sibi perswasum habuerit: quoniam indem-
nitatem ex facto alieno præstare, & si quid contra fidem
datam sit, periculo fidei violatae nos illigare, omnino va-
lide possumus. fac. l. 17. § f. l. 18. l. 19. ff. d. adil. ed. l. 6. C. d.
pignor. act. Variis autem modis animus obligandi in
commendationibus declaratur, v. g. quando comen-
dans in se suscepit periculum, aut promittit factum pro-
prium, vel ejusmodi verba usurpat, qualia in aliis nego-
tiis obligatoriis adhiberi solent.

Th. XV. Exinde quoque patet, nihil prodesse ei,
qui vere ac re ipsa specialiter commendat, quando se se
per id purgare atque ab obligatione liberare contendit,
quod animuin obligandi non habuerit: si enim mens illa
ex verbis adhibitis sufficienter possit colligi, ex speciali-
tate, qua usus est, merito tenebitur. Et sibi imputet,
quod sermone obligatorio non abstinererit, si se obligare
noluit. a. l. 203. ff. d. R. J. Sed quid, si commendantis ver-
ba obscura sint, dicendum erit? Videndum putarem,
num ex aliis circumstantiis mens obligatoria tuto elici
possit, forte ex facto aliquo commendantis &c. ex quo
apparet, eum plus voluisse ac sensisse, quam verbis ex-
pressisse. Alias in dubio statuendum erit, quod com-
mendatio facta sit potius animo nude commendandi,
quam se obligandi. fac. l. 47. ff. d. O. & A. vid. Gothofr.
ad l. f. C. quod cum eo qui in al. & Dd. adl. 30. ff. d. V. O. cum
omni-

omnino præsumendum sit, quod quis se, alterius in primis causa, obligare noluerit. Prudentis tamen erit judicis, probe ponderare circumstantias & ex iis colligere, num forte verbis facto color queratur, & specialis commendatio verbis generalibus proferatur. Si vero consulto ac fraudulentio animo obscure aliquem locutum esse probari possit, jure meritoque verba interpretationem capiente adversus eum, qui sensa animi sui apertius ac significanterius exponere potuisset. a. l. 39. ff. d. pac. l. II. §. 5. d. institor. act.

Th. XVI. In specie, quoad commendationem ad delinquendum, necessarium est, ut commendans maleficium vel directe, vel, quod naturæ hujus actus convenientius est, indirecte intendat, adeoque morali estimacione ad futuri delicti perpetrationem eam ita adjuvando concurrat. Quoties enim nulla ratione commendanti imputari potest illicitum factum, quod commendationem subsecutum atque ab ea occasionem naatum est, frustra ex turpitudine & specialitate commendationis commendantem obligatum esse judicabitur. fac. l. 3. l. 4. ff. d. no. xal. act. l. 36. pr. & §. 2. ff. d. furt. Puf. d. J. N. & G. lib. 1. c. 5. §. 14. Hic est, quod in casu mox allato commendationem ad delinquendum intercessisse dici non possit, cum commendans omnis maligni propositi expers fuerit: aliud decernendum fuisset, si medicus animum illi, cui datum dispensatorem commendavit, nocendi habuisset, adeoque scivisset, commendatum furtum intendisse.

Th. XVII. Si vero litteræ commendatitiae ita sint conceptæ, aut commendatio ejusmodi verbis facta, ut dubitari possit, an sit commendatio ad delinquendum, præsumendum est pro commendante; cum delictum nunquam

quam præsumatur. a. l. 51. ff. pro soc. clara enim & expressa
 verba esse debent, ut quis ad maleficium commendasse
 dicatur, si enim ambigua & dubia sunt, rectius & æquius
 in meliorem & honestiorem partem interpretationem
 capiunt, vid. Prosp. Farin. lib. 1. conf. crim. 60. n. 51. Conf.
 104. n. 4. Hippol. Riminald. lib. 6. conf. 706. n. 13. ut potius
 credatur, commendationem tendere ad factum aliquod
 indifferens, & consequenter commendantem nulla pœ-
 na dignum esse, sed commendatum alias per se & sine vo-
 lontate commendantis delictum perpetrare voluisse. vid.
 Menoch. d. A. J. Q. cas. 351. n. 5. Pr. Farin. Tb. & Prax.
 crim. qu. 134. n. 28. Id. p. 5. q. 129. num. 73. Admittenda ca-
 men nihilominus est pars lœsa, vel etiam commendatus,
 probaturus dolosum commendantis propositum; idque
 ex dilucidis & certis signis a. l. 6. C. d. dol. mal. l. 23. C. d.
 probat. Nudo enim dicto commendati afferentis com-
 mendationem dolosam esse, stari non debet, maxime si
 sit homo levis, commendans econtra vir gravis & suspi-
 cione doli carens; sed hoc in casu ipsi potius commen-
 danti interpretatio verborum suorum relinqui potest.
 conf. Weseb. p. 6. conf. 269. n. 38. Et prudentis hic judi-
 cis officium erit, ut probe tenorem commendationis cum
 aliis circumstantiis conferat, & ex iis arbitretur, an inde
 malitiosus delictum promovendi animus præsumendus
 sit, an minus. Quod si enim ille animus nocendi tertio
 per commendationem, v. g. ex præcedente ejus inimicitia
 cum tertio, qui à commendato latius est, capitali, aut ali-
 unde colligi possit: non juvabit commendantem ver-
 borum, quæ adhibuit, obscuritas, nec admittetur ejus-
 dem in bonam partem facta interpretatio: rectius enim
 tum contra commendantem verba exponuntur, arg. eo-
 rum,

rum, quæ de consilio ad delinquendum tradit Pr. Faris.
cr. qu. 129. n. 75.

Th. XVIII. Externam formam quod concernit, suprajam *ib. 12. & 15. c. 1.* assertum est, animum commen-
dandi quoconque modo ad exprimendam mentis senten-
tiam apto declarari posse. Quibus illud saltem addidisse
sufficiat, commendationem nostram etiam non facta,
seu taciturnitate perfici posse; quoties animus commen-
dandi specialiter ex reliquis circumstantiis satis appetet:
ad exemplum mandati, quod tacita quoque volvata re-
cte constitui certum est. *I. 6. §. 2. l. 18. ff. mand.* Ut pote si
Sempronius ad sollicitationem Seji, se eidem 300. credi-
turum esse, scribat ea lege, si Meyius, ad quem literæ dan-
tur, speciali sua eaque obligatoria commendatione pro
ipso apud Sempronium intercesserit, eamque commen-
dationem se vel ex solo ad literas certo insinuatas silentio
conjecturum esse profiteatur. Quin enim taciturnitas
Meyiitum commendationis specialis effectum sortiri
queat, dubitandum non est. *a. l. 16. ff. ad SC. Maced. clem.*
i. d. Procur. l. 12. ff. d. Sponsal. l. 6. C. mand. c. 43. d. R. J. 6.
Nam qui literas obligationis contrahenda causa ad se scri-
ptas recipit, & tacer, nec dissensum debito modo manife-
stat, in hujusmodi actu sibi prajudicio cedente, quem im-
pedire poterat, ac debebat, nisi pro consentiente haberi
vellet, commendationis periculum ad se pertinere vo-
luisse creditur, *ad. II.* Contrarium mihi persuaderi non
patior, ex *l. 8. §. 1. ff. d. procur.* ubi pro invito habetur, qui
consensisse non probatur: hoc enim ad casum, quo de
consentiendi intentione nec vere nec præsumitive constat,
restringendum videtur, non vero ad commendationem
applicandum est, ad cuius formam nullibi actu positivo
decla-

declaratus expressus consensus requiritur. conf. Matth.
Wesemb. P. 2. conf. 68. n. 4. p. 3. conf. 15. n. 13. Barbos. A.
xiom. l. 18. c. 1. ax. 7. Casp. Ziegl. ad Inst. Lanc. l. 3. t. 3. §.
22. Salyct. ad l. 17. C. d. Procur. n. 4.

Th. XIX. Deinde etiam notari meretar, in hoc
commendationem cum mandato convenire, quod de
natura quasi hujus nostri actus sit, quod gratis fiat, nec
pretio aut mercedi proprie dicta locum relinquat, siqui-
dem ex officio atque amicitia originem trahit, & officio
contraria est merces. a.l. 1. §. f. ff. mand. Honorarium
tamen, uti mandato, l. 6. l. 7. f. mand. ita & commenda-
tioni nostrae accedere & potest, & solet quandoque, quod
quidem commendans à commendato exigere nequit, nisi
promissum sit. Quod si vero à commendato aliquid præ-
statur, in grati potius animi declarationem quasi ἀνθεγον
aliquid, quam in operæ ac benevolentia in commendan-
do exhibitæ compensationem, datum intelligetur. v. l. 1.
ff. si mens. fals. mod. dix. sicut autem in mandato, ita etiam
in commendatione honorarium incertæ quantitatis pro-
mitti potest. a. l. 56. §. 3. ff. mand. l. 17. C. eod. ubi v. Brun-
nem. Sed quo cum effectu, infra c. 4. ib. 19. monebitur.

CAPVT III.

DE FINE ET EXEMPLIS COM- MENDATIONIS SPECIALIS TRACTAT.

S V M M A R I A.

*Finis, quis sit commendationis nostra? Et de triplici e-
jus obiecto, tb. 1.*

F 2

Com-

*Commendatio ad delinquendum est commendatio specia-
lis, supponit delicta committenda, 2.*

*Idem in commendationibus ad officia & negotia obtinet;
an hoc objecta certa esse debeant? 3.*

Commendationes sunt ad res possibles, 4.

Quatenus etiam ad impossibilis jure tales? 5.

Exemplum commendationis specialis ad officia, 6.

Formula in commendationibus spec. ad negotia solennes, 7.

*Alia exempla, quibus commendatio in si. lejussionem &
mandatum degenerat, 8.*

THESS. I.

His absolutis, quo sine quove proposito commendatio nostra fiat, consideremus; idque eo diligentius, quo certius est, quod totum nostrum negotium à fine potissimum dependeat, utpote qui & alia civilia negotia moderatur ac determinat. v. l. 53. ff. d. furi. l. 8. ff. mand. l. f. C. quæ res pign. obl. poss. Est autem, ut facile intelligitur, genuinus actus nostri finis, ut serviantur commendati commodis: *Man will damit demjenigen / den man recom-
mendiret / einen Gefallen erweisen.* Adeoque commendatio nostra suscipitur in gratiam atque commodum commendati, ut eidem alterius benevolentia & promptitudo concilietur atque hic facilius id, quod optat, impetraret. Non enim raro evenit, ut, qui proprio motu alterum non juvasset, alterius petitis commendacitatis motus alicui servire non recusat, quod multi haud infelici evenitu experiuntur, dum beneficio aliena commendationis facile consequuntur, quod ipsi ab eo, cui facta est commendatio, sperare vix ausi fuissent. Quo minus igitur in commendatione favor commendati subest, eo magis ro- cedi-

ceditur à natura hujus actus, eoque proprius ea ad aliud negotii genus accedit, atque in illud quasi degenerat. Requiritur tandem, ut simul declareret commendans, (nempe in commendationibus, quæ tendunt ad licita) quod ipsius in commendatum favor tantus sit, ut non detrectet periculum suscipiendi cum commendato negotii ipse subire. Erit itaque in commendatione nostra finis objectum in genere id, quod petitur, sive illud, quo desideratur promoveri commodum & propositum commendati. Potest autem (ut jam supra c. i. tb. ii. monitum) illud potissimum triplex constitui, ita ut commendatio vel extendat, quo commendatus officio cuidam aut dignitati admoveatur, vel ut cum ipso certa ineantur negotia, vel vero, ut ad maleficium, quod intendatur, occasio auxilio unive præbeatur.

Th. II. Et quoad duo priora rem puto esse satis manifestam; postremum autem, cum res non profus expedita videatur, an possit inter objecta finis commendationis specialis referri, paucis expendemus. Nimur commendationis, quam ideo quis suscipit, ut maleficium committatur, consideratio rubricæ dissertationis nostræ omnino conveniens est, non quidem quatenus est dolosa hac commendatio: de hac enim ex professo hic loci disserere animus non fuit; dubium autem non est, nullam commendationem ad delinquendum fasceptam sine dolore esse; sed tamen, quatenus commendatio ad maleficium egreditur terminos genuinæ commendationis, & commendantem poenæ reddit obnoxium, & hoc intuitu nomen commendationis specialis omnino meretur. Est autem extra dubitationis aleam constitutum, commendationis propria fines latius non patere, quam, ut quis

per eam, quo humanitatis ac benevolentiae officia ipsi exhibentur, tertii favori insinuantur. Fiant Commendationes ad res futuras, adeoque supponuntur delicta adhuc perpetrandae: istud enim maleficium, quod commendatus intendit, & commendans promovere vult, nondum peractum commisumque sit necesse est. Secus si res se habeat, neque commendans ad delictum commendando concurrere, nec commendatus crimen patrare, nec is, cui facta commendatio, occasionem opemve delinquenti praebere, nec ullo modo suum commendatio effectum consequi potest: & consequenter ejusmodi commendans peccat equidem, nec ab omni pena omni in casu, quem judex estimabit, liber existit; vid. tamen Prosper. Far. Pr. & Theor. Crim. P. 5. q. 129. n. 78. sed ea pena haud quam afficiendus est, ac si commendatio delictum præcessisset, quoniam priori in casu nihil momenti ad actum illicitum contulit, nec delinquens ejus favore adiutus ad perpetrandum facinus accessit. conf. Menoch. d. A. J. Q. cas. 351. n. 6.

Th. III. Quemadmodum delicta futura supponi, si quis ad ea commendandus sit, jam dictum fuit: ita etiam cæteras commendationes requirere officia vacantia, negotiaque suscipienda, palam est. An vero officia, negotia, delicta, ad quarum sit commendatio, certa requirantur: non immerito queritur. Et sane, quod ad commendationem specialem attinet, in illa quidem memorata objecta ut plurimum certa fixaque esse negari non potest; non tamen id perpetuum & necessarium est: sâpe enim satis incerta sunt, ac non nisi ex arbitrio commendati, vel etiam ejus, ad quem directa est commendatio, determinanda, v. g. si quis Titium ita commendet apud Sempronium;

nium; velit ipse Titium muneri, quodeunque primum
vacaverit, admovere; vel ea omnia administrare, quic-
quid in rebus absentis Titii gerendum fuerit. Item, ad
delictum: ut, quodeunque intenderet Titius, ipsi occa-
sionem suppeditet, vel etiam manus auxiliatrices praebat.
Aut, si ita quis alterum insinuet, petendo a tertio, ut com-
mendato rebus, quibus ipsi vilum fuerit, quibusque il-
lum dignum afflaturus sit omnibus prasto sit. Item:
ut quibusunque commendatus velit vel possit iugari, ad-
juvamento sit, cuncta suo (commendantis) damno, suo-
que periculo futura.

Th. IV. Tandem etiam objectum finis nostre
commendationis esse non potest, nisi res possibilis. Huc
itaque tantum spectant officia atque facta, quæ ab homi-
ne in hominem, ejusdem adjuvandi ergo, proficiunt pos-
sunt. Facile enim apparet, inutiliter nulloque cum effe-
ctu, immo ridicule prorsus commendationem fieri adim-
possibilia, ea præprimitis, quæ natura dicuntur talia. Et
sane omnium, credo, judicio notam stoltitiae nullo mo-
do effugiet, cuius commendatio ad ea alteri exhibenda
tendit, quæ per rerum naturam fieri nequeunt, aut alias in
hominis, qui ob id rogatur, arbitrio aut viribus non sunt
reposita. Frustra itaque quis per commendatias ab al-
tero contendit, ut efficiat, quo pluviis rigentur agri com-
mendati, vel ut iisdem siccitas concilicetur: aut Titius
pumilio justo ac consueto corporis habitu donetur &c.
Hinc est, quod ejusmodi commendationes nullam inter
commendantem & commendatorem vel tertium produ-
cant obligationem. l. 185. ff. d. R. J.

Th. V. Ad res tantum possibles sit commenda-
tio. Quid igitur de his dicendum est, quæ natura quidem
fieri

fieri concedit, legibus tamen vetantur? Quoad hæc sane mihi ipsi contrarius esse videri possum statuendo, ad impossibilia nullam fieri commendationem, & dividendo nihilominus commendationem in eam, quæ sit ad officia, vel ad negotia, vel ad delicta. At vero juris notissimi est, quod turpia pro impossibilibus habeantur, l. 15. ff. d. *Condit. insp.* nec ad ea quisquam obligetur, l. 35. pr. & §. 1. ff. d. *V. O.* Facile tamen dicta divisio stare potest, modo teneamus, commendationem ad maleficia non fieri jure ac legibus approbantibus, omnino tamen de facto. Sane turpia ut siant, nemo commendare debet, si aliud fecerit, delinquit, & criminis sub favore commendationis commissum reddit partipem. Quod vero ad res moraliæ stimatione impossibilis, v. g. ad homicidium, fortum, stuprum vel damnum inferendum de facto fieri commendationes possint, sufficienter, proh dolor! docet experientia.

Th. VI. Quod commendationum *exempla* concernit, ea quidem quæ commendationes ad maleficia continent, infra cum effectu statim conjuncta exhibentur; reliquarum autem specierum formulas nonnullas hic enarrare ideo merebitur, quoniam ex iis constare potest, quomodo aliis in casibus commendatio nostra ad negotiorum civiliter obligatorum prope accedit, in aliis vero à personæ insinuatione incipiat, sed in mandatum aut fidejussionem ultimo quasi degeneret. Commendationem ad officia si spectemus, de ea dictum jam supra fuit, quod in jure de ea multa differendi copia non sit; adeoque mihi circa eam licebit esse brevissimo. Poterit autem ejusmodi casus fingi: Sempronius per literas Tigrium, in cuius arbitrio situm est, ad officium v. g. questoris,

ris, quemcumque vult, promovere, rogat, velit Lucium amicum suum sibi commendatum habere, cumque dicta functioni praescire, si illam spartam male gereret, ita, ut damnum inde ad promoventem sit redundaturum, eam iacturam se Titio compensaturum, ac omni ipsum ex parte indemnum habiturum. Sed his non est, quod immoratur, pergendum potius ad reliqua.

Th. VII. Exemplis Commendationis Specialis ad negotia & contractus præcipue annumerandi sunt illi causas, ubi, accedentibus commendandi verbis, ejusmodi formula usurpantur: *Der Herr traue ihm nur / er soll nicht gefährdet werden: Er soll dabey nichts verliehren oder einblüssen. Auf meine Gefahr. Auf mein Wort. Ich bin Mann darvor. Ich will verschaffen / daß er bezahlet werde.* Item, si quis dicat: *Er möchte dem ehrlichen Manne Titio, auf seine Parole, das Geld nur seyhen, er wollte dahin sehen / daß er sollte contentirt werden.* Vel, quod eodem recidit: *Satisfaciam pro debitore. Satisfiat tibi à me & debitore, & quæ his similes, v. Dec. El. Sax. XLII. Köppen. Dec. 36. Finckelth. Obs. præcl. 16.*

Th. VIII. Inter commendationes ad negotia frequentiores sunt illæ, quibus id agitur, ut tertius cum commendato contractum aliquem inire velit, modo verba à commendante adhibita quovis in casu satis declarent antimatum tum commendandi, tum obligandi. Intercederet itaque ab initio quidem commendatio, quæ tamen ultimo defineret in expressam fiducijstionem, sifingamus sequentia: *Sempronius Cajum ita commendat: Der Herr thue mir doch / in Ansichtung unserer Freundschaft/ den Gefallen / und lasse sich Cajum zu seiner Gewogenheit*

heit bestens anbefohlen seyn, strecke ihm auch 500.
 Athlr. vor, er wird es ihm innerhalb Jahres Frist
 wieder geben. Zu mehrer Versicherung gelobe und
 verspreche ich, im Fall Cajus binnen gesetzter Zeit die
 Schuld samt denen betagten Zinsen abzuführen säu-
 mig seyn würde, daß ich sodann als selbstschuldiger
 Bürge gedachte 500. Athl. unverzüglich abzetteln
 solle und wolle. Hacratione commendans pro expresse
 fidejubente hodie haberi secundum communem Dd.
 sententiam debet, cum iure moderno fidejussio pactis,
 animo constituendi obligationem initis, inter absentes &
 per literas ac sine stipulatione, secus ac jure civili. §. f. J. l.
 12. C. d. fidejuss. Illustris Dn. Praes in litterar. obligat. resti-
 tuta cap. 5. lib. 22. fieri possit. Carpz. P. 2. conf. 19. d. 17.
 Quod si vero ita quis commendet, quod hodie non infre-
 quenter contingit, ut simul adjiciat petitionem, qua ab al-
 tero contendit, ut tertium ope, consilio, vel egentem et-
 iam pecunia adjuvet, & si non velit commendati, suam
 tamen fidem sequatur. Si hujus intuitu fides fiat, omni-
 no pro mandante habendus est, & specialiter commen-
 dasse dicitur l. f. C. quod cum eo qui in al. pot. §. 6. f. d. mand.
 j. l. 2. §. 1. ff. cod. conf. Rutger. Ruland. de Commissar. &
 Commission. Part. 2. lib. 5. cap. 14. n. 15. Mev. ad Jus Lubec.
 Part. 3. tit. 10. num. 25. Quod minus dubii habet in casu,
 quo commendans dixit, se restituere velle mutuo datum
 commendatio: sic enim actus inciperet a commendatio-
 ne & desineret in mandatum. Nic. de Passer. de Scriptur.
 Priv. lib. 3. qu. 47. n. 6. Idem erit, si quis alterum in con-
 ductorem fundi alieni, zu einem Pachtmanne / vel in
 ejus administratorem sive dispensatorem, zum Hoffmei-
 ster / commendaret, adjecta hac clausula: quod velit
 ipsum

ipsum indemnem habere, si illi detrimenti quid in fundo
decederint vel alias res ipsis commissas male administra-
verint.

CAPVT IV.

EXHIBENS

EFFECTVM ET CONTRA-
RIA COMMENDATIONIS SPECIA-
LIS AD NEGOTIA.

S V M M A R I A.

*De Effectu Commendationis Sp. regula traditur cum am-
pliatione, tb. 1.*

Eadem regula limitatur, nec valet, si invertatur, 2.

*Commendans & commendatus ad officia quomodo tene-
antur, 3.*

*Commendans ad mutuandam pecuniam tenetur ex verb.
ich garanire vor alle Gefahr / 4.*

*Commendantes specialiter similes sunt mandatoribus &
fideiussoribus ; quod facti specie illustratur, 5.*

Similis casus refertur, 6.

*Alius, per verba : zahlet commendatus nicht / so will
ich hassen / 7.*

*It. se commendans dicat : nolo te damnum pati, vel fa-
ctum proprium promittat, 8.*

*Per verba : ich will dazu sehen / dass sie euch bezah-
len sollen / non nudam promittit diligentiam commendans, 9.*

Tenetur commendans, quatenus promisit, 10.

Commendans commendato tenetur duplice in casu, 11.

Commendans de excessu ejus, cui facta commendatio, non tenetur; neque ultra tempus, ad quod se obligavit. Commendatus est, cui est commendatus, ad culpam obstringitur, 12.

Honorarium certum commendanti simpliciter promissum debetur, licet commendationi locus relictus non sit, 13.

Is, ad quem dirigitur commendatio, semel suscepit & commendationi satisfacere, & commendanti culpam levissimam prestare debet, 14.

Verba commendatitia specialia legatum inducunt, secus ac generalia, 15.

Commendans specialiter habet actionem mandati directi. Nam adversus eum, cui commendavit, certo in casu etiam contraria contra commendatum, 16.

Idem honorarium exigere potest, si certum quid promis- sum, alias secus: quod limitatur, 17.

Qui commendationem suscepit, habet actionem mandati contraria aduersus commendantem, 18.

Quando commendato detur actio negotiorum gestorum contra commendantem? 19.

Commendanti competere beneficium ordinis probatur, 20.

Idem ulterius ostenditur: & quando hoc beneficium cesset, 21.

Habes etiam commendans beneficium divisionis & cedendarum actionum, 22.

Tollitur commendatio specialis renunciatione, & lapsu temporis, 23.

THES. I.

Considerandus nunc venit Commendationis specialis Effectus. Dividi autem solet effectus à Dd. in primum & secundum sive ortum. Quod ad effectum primum

imum commendationis ad negotia attinet, regula circa
 eum tenenda est: quod omnis commendatio specialis
 sit obligatoria. *l. 12. §. 12. ff. mand. l. f. C.* quod cum quis in al.
pot. Dec. El. 42. In hoc enim consistit differentia com-
 mendationis nostra à generali atque nuda, quod in ista de-
 claretur animus obligandi ac periculum commendatio-
 nis suscipiendi, secus quam in hac, quæ hinc non obligat,
 per *dd. it.* Et hæc regula ampliatur ita, quod commen-
 datio specialis obliget; licet is, cui alter commendatus
 est, etiam alias id facturus, v. g. cum commendato con-
 tracturus fuisset, licet non commendasset. *a. l. 7. §. 2. ff.*
d. fidj. non obſt. §. 6. j. d. mand. l. 7. C. cod. Nec me mo-
 vent, quæ pro contraria tententia afferri possunt, nimili-
 rum, quod hoc in casu commendans non videatur obli-
 gatus, quoniam intuitu commendationis suæ nihil actum
 est, nec tertius per eam, vel ad ipsum contractum ineun-
 dum, vel certum modum conditione inque addendam,
 motus, neque etiam fidem commendantis secutus vide-
 tur; & consequenter is, qui, ut aliquid in favorem com-
 mendati faciat, rogatus est, censetur omnia suo nomine
 suoque periculo suscepisse, & que ac nulla intercessisse
 commendatio. Sed nihil horum hic quidem ita inveni-
 re locum potest, ut inde evincatur, commendantem di-
 cto casu non teneri: cum ad hoc, ut ipse obligatus esse
 dici debeat, sufficiat, quod satis diserte aliquid & simpli-
 citer promittat, verbisque per se obligatoriis usus est, quæ
 satis arguant, quod se non saltem in eum casum, quo ter-
 tius sine commendatione non fuisset facturus, obligare
 voluerit. Neque contraria sententia colligi potest ex
Dec. El. 42. verbis initiali: *Wein einer eine Person*
durch sein Vorgeben zu einen Anklhn oder sonstigen

Credit zu geben beweget. Est enim ibidem Serenissimo Legislatori sermo non de commendatione speciali, sed dolosa; in iis enim verbis demum, quæ jam allata sablequantur, de speciali agitur, & in postremis de commendatione simplici, generali, ac non obligatoria.

Th. II. Limitari tamen debet allata regula in iis, quitemere ex calore irascundia alterum specialiter commendarunt, in inimici forte damnum, ne v.c. cum illo contrahatur, sed is, quem commendat, præ illo juvetur. Hi, accedente circumstantia supra in tb. l. c. 2. requisita, non obligantur: solet enim iis concedi, ut quod hanc in rem dictum, indictum, quod ratum, irritum sit, a. l. 48. ff. d. R. J. Alciat. l. 2. parerg cap. 12. Neque etiam 1.) effectum obligationis habere potest commendatio specialis à summe ebrio facta ob dicta in tb. cit. conf. Andr. Tiraqu. d. Pœn. temp. caus. 6. n. 8. cum nulli contractus ab ebris facti viribus suis subsistant; modo commendans, qui ebrietatem allegat, debito modo probet, se tempore factæ commendationis penitus ebrium fuisse. Obligatur tamen ex speciali commendatione ebrius, si eam sobrius factus ratificet, vel glorietur, quasi amicum suum commendando specialiter, cum fuisse ebrius, creditorem commendationis elusisset, vid. Ant. Hering. d. Fidejuss. c. 7. n. 131. Non autem procedit regula nostra, si invertatur, ut dici possit, quod omnis commendatio obligatoria sit specialis: offerunt enim se statim duo iisque notabiles casus, in quibus fallit. Nimirum obligat enim 1.) Commendatio, licet non specialis, quæ est dolosa; five, qua persona aliqua fallo commendatur alium inducendi gratia. l. 7. §. f. l. 8. ff. d. dol. mal. f. l. 26. §. f. ff. d. noxal. act. c. 62. d. R. J. 6. conf. Scheffer. part. 1. qu. 46. n. 1. 2. A. Hering. d. 17. cap.

tr. cap. 18. n. 15. Carpz. doc. 126. n. 12. 2) Commendatio etiam generalis, quæ sit inter mercatores, ob qualitatem præcipue personæ commendantis obligat; idque ex communi quadam observantia ad facilitandum commerciorum cursum introductum videtur, ut mercatores, utpote in quibus alias exuberanter in fidem exigunt, licet non specialiter aliquem commendent, fidejubere intelligantur. Tusch. lit. M. concl. 207. Brunni ad l. 12. §. 12. ff. mand. idemque cent. 3. dec. 80.

Th. III. Ad quid igitur personæ in hoc actu intervenientes libi invicem obligantur? Quoad commendationem ad munia paucissimis monuisse sufficiat, quod obligetur commendans, qui dicit: si commendatus officium male gesserit, suum velle periculum esse, & promoventem indemnum futurum; ita ut ab eo, cui facta commendatio, conveniri possit ad interesse. Commendatus autem hanc dubie primus tenetur, præprimis si dolum ad miserit: si vero per imperitiam aut culpam damnum dedidit, & quidem vel ipso corpore suo, vel solum corpus hexsum sit, tenebitur actione directa vel utili Leg. Aquilia illi, cui detrimentum factum. a. 1. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. Si alio modo is, qui promovit, damnum per commendatum sentit, ipsi, ut actione in factum adversus commendatum, & commendantem etiam in subsidium, experietur, ex æquitate videtur concedendum. v. § f. J. d. L. Aquil. fac. Dec. El. 42. verb. final.

Th. IV. In Commendatione vero ad negotia, & in specie ad contrahendum, obligatos se reddere solent commendantes per ejusmodi verba: Ich blitte der Hare leyhe Ticio 500. Rthl. ich garantire vor alle Gefahr. Et sane ad commendandum hunc in modum admodum faciles

faciles esse homines experientia docet. Nec obstat, quo minus inde oriatur obligatio, quod rogandi vocabulum sit adhibitum: nam eodem interveniente etiam mandatum contrahi potest secundum *l. i. §. 2. ff mand.* Secus foret, si comprehendans non tale quid roget alterum, quod excedit limites genuinae commendationis; nec simul per verba, aut alias obligandi animum declareret; tunc enim illa ipsa rogatio pro nuda intercessione, ut aliquid mutetur, habenda, nec commendationi obligatoriae esse annumeranda, a *l. f. C. quod cum eo &c. j. cit. Dec. El. verb. keine verbindliche Worte / sondern eine bloße Intercession eingewendet,*

Th. V. Valide etiam se obstringit v. g. *Advocatus* qui Clientem suum ita commendat, ut ei fidem haberivelet, aut plane aliquam fidei promissionem pro commendato ipse adjicit. Et hunc in modum commendantes parum distant a mandatoribus & fidejussoribus, de quibus *sot. sst. ff. & C. d. fidej. & mand.* qui sua rogatione obtinent, ut quis vel mutuum det, vel pro altero fidejubeat. Per intercessores autem, de quibus in dict. tit. aliquoties fit mentio, non intelliguntur tales, qui nuda ac simplici intercessione vel interventione alterum juvare intendunt, quales in *cit. Dec. El. verb. modo citat*, indigitantur; sed qui cum mandatoribus & fidejussoribus promiscue adhibentur. *l. 24. C. d. fidej. l. 3. §. 1. C. d. usur. rei jud.* Hinc si c. dominus aliquis prædii nobilis ejusmodi commendatias ad alterum daret, ut ille, rusticorum suorum necessitatibus, frumentum, edulia, aut pecuniam suppeditando ipsas, succurreret, interposita simul fide sua, pro rusticis suis sine dubio obstrictus erit. Inde ejusmodi comprehendantur, in simili casu conventum, cum se non obligantur

tum diceret, merito nec in prima nec secunda instantia auditum, narrat Mev. P. 8, dec. 120, n. 4. & ult. Non enim convenit, ut bonam alterius fidem non temere secutus decipiatur. l. 1. l. 2. ff. d. confit. pec. l. 7. C. mand.

Th. VI. Adigi quoque ad solvendum debitum potest, qui premissa commendatione vult, ut aliquis commendato credat, plenamque fidem adhibeat, suo periculo, auf seine Gefahr zu seinem Schaden. Et ita pronunciatum esse Anno 1632. refert Carpz. Part. 2. Conf. 18. d. 24. n. 9. his verbis: Dieweil ihr N. selbsten berichtet, daß ihr N. einen Kaufmann gebethen / N. eurem Freunde / so gedachtet N. unbekannt gewesen / die Wahren abfolgen zu lassen / dabei auch ausdrücklich gesagt, daß er es auf eure Gefahr thun sollte ic. so sendt ihr ic. vor euren Freund zu hafften und die Zahlung zu leisten schuldig. V. R. W. Et ita in favorem creditoris pronunciandum fuisset, etiam si illæ circumstantia absuerint; nempe, licet creditor non mercator, & persona commendata creditori non ignota fuisset.

Th. VII. Idem judicandum est de his verbis, si iis commendans utatur: Der Herr glaube nur / daß commendatus ein wohlhabender Mann ist / und der gnugsame Mittel zu bezahlen hat. Er darf kein Bedencken vor gute Bezahlung fragen / und zahlte er nicht, so will ich vor ihn hafften. Quam in rem an Michael Dittmann J. U. C. & Pract. zu Leipzig / cum quis, Wilhelm Lack / Studiosum, Apel Weinblat / hac ratione commendasset, atque per id effecisset, ut ipsi 120. Rthlr. & quod excurrit, fuerint crediti; Respondit Fac. Jurid. Lips. M. April. 1664. Das Wilhelm Lack den Creditorem, so hoch derselbe auf seine Recommandation vor Weinblaten

blaten caviret / zu vertreten / und ihn zu übernehmen / verbunden. V. R. W. Et ita multoties in laud. Facultate judicatum esse, resert Philipp. ad Dec. El. 42, Obs. 1. n. 43. seqv. ubi ipsa verba sententiarum legi possunt.

Th. VIII. Nullum porro est dubium, commendantem obligari, si illi, ad quem literas commendatitias dirigit, indemnitatem promittit, v. g. si tibi seribat: noli dubitare de Sempronio, quem tibi commendabo: quia nolo, quod damnum patiaris. Hoc ipso enim, dum ait, se nolle, quod tertius dampnum patiatur, de indemnitate cavere intelligitur: nam qui vult consequens, velle etiam creditur antecedens, sine quo illud obtineri inequit. a. §. 2. J. qui & à quib. manum. l. 56. l. 61. ff. d. procur. Nic. de Passer. d. Script. priv. tit. de Epist. Exhortat. p. m. 531. n. 5. Idem sentiendum est, si quis factum proprium ita promittat, ut ipsum solutionis effectum aut indemnitatem promittere recte censeatur, veluti si quis ita commendet, ut adjiciat: Er wolle darob seyn / daß die Bezahlung folge. Hinc in causa Rudolphi à Posickau mens. Nov. 1646. supra memorato modo judicatum à Scabin. Lips. esse, docet Carpzov. Dec. ill. 126. §. ult. Quamcunque igitur promissio nem commendationi quis adiecavit, tenebitur ad indemnitatem, quotenus promisit. Quam in rem licebit hic reserre verba quarundam literarum commendatitarum, à Mey. Part. 8. dec. 121. adducta non parum materiam nostram illustrantia, quæ reus sive creditor post rejectam jam appellationem pro sua causa per modum novi & supervenientis gravaminis cum urgebat; & ita se habent; Weil ich mit Wiederauffbauung meines eigenen Hofs es mehr denn zuviel zu schaffen: gleichwohl auch meinen armen Bauern gerne geholfen sehe/ damit sie aus-

aussäen / und wieder anbauen können / so wolle er ihnen dazu etwas an Saat / Korn und Victualien , auch zu Erfauung eines Stück Viehes / ein weniges an Gelde vorstrecken . Ich will dazu sehen / daß sie ihm solches von dem ersten Einstchnitt bezahlen / und andern eher ihr Korn nicht verkauffen sollen / bis er bezahlet . Eccl vi horum verborum Nobilis commendans omnino tenebatur , creditorem ratione eorum , quæ rusticum intuitu commendationis data erant , indemnem habere , si mutuata ab ipsis debitoribus non fuissent redita .

Th. IX. Nec obstat , quod dici possit , ex ipso verborum cortice animum obliganditam aperte hic non patescere , potius itaque ea ita capienda esse , ut commendantem minus obligent , isque credatur tantum nudam diligentiam factumque exactioonis promisisse , minime vero ipsum solutionis factum in se suscepisse , fac . vid . Dec . El . 42 . verb . über seinen Fleiß bey der Zahlung anzuhenden versprochen . Et hunc in modum dicendum fore , commendantem hoc casu non teneri , nisi ad omnem diligentiam , qua præstata liberetur , v . Mev . P . 6 . dec . 406 . Dn . Stryck . de Cautel . Contract . sedl . 2 . cap . 5 . § . 6 . Nam haec omnia ad præsentem casum applicari non possunt . Primo quidem verba ipsa : Ich will dazu sehen / daß sie euch bezahlen sollen / æque ac illa in specie facti ex Carpz . allata , ich will darob seyn / daß gezahlet werde , satis intensa atque exacta sunt , & sine effectu esse nequeunt , nec nuda per ea promittitur diligentia , qualia supponuntur in sap . cit . Dec . El . Spectanda itaque est intentio promittentium , quæ hic haud dubie talis fuit , ut debiti commendatorum in casum non secutæ solutionis su-

scipiatur, dum ejusmodi adhibuerunt commendationem, quæ vim mandati haber, quaque securus creditor redditur, factumque solutionis & ipse effectus recipitur.
a. §. 3. J. d. inut. sfp.

Th. X. Et hanc sententiam maxime probabilem reddit circumstantia persona intercedentis & eorum, qui commendabantur, nempe rusticorum ac subditorum, quos dominus de facili ad restitutionem frumenti creditaque pecunia adigere poterat. Hanc qualitatem simul respexisse, atque haud difficulter fidem commendantis secutus creditor censeret. a. l. 73. ff. d. leg. i. §. 1. J. quod cum eo. Quid si autem (ita res contigit apud Mev. c. l.) mercatori, cui facta erat promissio, omnia, quæ tum intuitu commendationis crediderat, rusticci, qui ipsi fruges suas advexerunt, solverint, ac eo ipso commendantem promissionis vinculo liberaverint; iste vero semel iterumque de novo rusticis crederet? ad hanc sane prius commendantis promissio trahi extendique nullo modo poterit. a. §. 8. J. d. mandat. l. 10. C. d. procur. j. tb. 12. Hinc ita commendans in contraditorio judicio merito contra creditorem obtinuit, referente Mev. c. dec. 121. p. 8.

Th. XI. Deinde si de obligatione, qua commendans commendato obstringitur, queratur, vix dari eam credo, nisi in subsequentibus casibus. 1) Ex promissione commendantis: quemadmodum enim ipsi ab initio liberum fuit, an velit alterum commendare nec ne, ita facta promissione, ejus intuitu id negligere non potest, conveniens alias a commendato. Quod adhuc minus dubium habet, si ipsi promiserit, scilicet in illius favorem commendatitias speciales ad alterum daturum effecturumque, ut ipsi mille credantur, si non effecerit, centum poenæ loco datu-

daturum. 2) Si quis v. g. aliquem, ipso forte ignorantem, ad tale officium, cui impar est, vel ad ejusmodi negotium peragendum, quod non intelligit, multis verbis ipsum ad id suscipiendum persuadendo, specialiter commendet, & hoc vel simili modo commendato noceat: tum videtur commendans ipsi teneri ad indemnitudinem; Si modo ei in rei veritate præjudicaverit, licet dolus commendantis abfuerit: suæ enim temeritati tribuat, quod non rogatus & ignorans, an commendatus rebus, ad quas commendatur, expediendis sufficiat, beneficium ipsi inferre per specialem commendationem non intermisit. Tacite etiam se videtur obligare commendans ad culpam præstatandam: Nam, si specialiter commendavit mandato ipsius commendandi vel expresso vel tacito; v. h. b. §. 2. l. 18. ff. mand. tenetur, uti mandans, ad culpam levissimam. a. l. 13. l. 21. C. cod. Sive vero commendavit absentem & ignorantem, tenetur instar negotiorum gestoris regulariter ad culpam latam & leuem l. n. ff. d. N. G. l. 20. C. cod. Franzkius Exerc. II. qu. 7. Hahn. ad Wef. t. d. N. G. n. 10. Facile autem appareat, supponi hic commendationem tales, & ad negotium tendentes, in quo ejusmodi commendantis culpa intervenire potest. Nam si v. c. commendans tantum fidejubet pro commendato, ad nullam videtur obstringi culpam, cum fidejussio tale sit negotium, quod industria non requirit. v. l. 29. ff. mand. Mev. P. 3. dec. 339.

Th. XII. Hactenus quidem extra dubium fuit, commendantem specialiter teneri ad id, ad quod se obligavit: an vero de eo etiam, in quo tertius, cui facta commendatio, fines commendationis excedit, teneatur? non inutiliter queritur. Id quod, spectata ratione juris, merito negatur per §. 8. J. d. mand. Iniquum enim foret ex-

tendere vim obligationis, ultra animum ejus, qui se obligat, & extra finem promissionis in commendatione expressæ, quæ ad certam rem causamque restricta est. Sibi itaque imputet is, cui quis commendatur, quod commendationis obligatoriaæ limites transgressus est, vel, quod plus aut plane aliud suscepit atque executus est, quam quidem commendans desideravit. vid. Excellentiss. Dom. Menck. *Controv. sel. Jur. Civ. disput. VII. tb. 1.* Quare si quis tantum ad certum tempus periculum obligationis cum commendato contrahenda suscipiat, & creditor etiam ultra illud tempus sine consensu ejus, qui antea specialiter commendaverat, commendato de credito fidem habeat, commendans non tenetur. Et hanc in rem ab Ampliss. Facult. Jur. Jenensi die 10. Septembr. 1690. ita responsum est: Obwohl J. W. R. nicht allein den L. O. durch sein unterschiedenes Zuschreiben/ und inständiges Suchen und bitten bewogen, daß er dem C. S. 500. Rthl. geliehen / sondern auch dieser ausdrücklichen Worte sich gebrauchet: der ehrliche Mann sey gnugsam begütert / und dahero keine Gefahr vorhan- den; Ja er wollte allenfalls vor die Gefahr mit ste- hen: wodurch denn J. W. R. sich selbst verbündlich gemacht. Dennoch aber und dieweil solches Schreiben auf die Darleihung vom Januario bis O- siern/ A. 1686. gerichtet / nach verflossener dieser Zeit aber der Creditor ohne Vorwissen und Einwilligung des J. W. R. dem Debito i weiter über obgesetzte Zeit vor sich getrauet / und neue Obligationes und Wechsel-Briefe angenommen / und also der Creditor sich sel- ber bezumessen, daß er nicht bey Zeiten auf die Zah- lung gedrungen, sondern durch die Stundung und ander-

anderweitige von ihm allein beliebte Wechsel-Briefe in erfolgte Gefahr sich gesetzet. So kan J. W. R. von obgedachten Creditore mit Bestande nun nicht belangen werden. Auch ist er auf dessen Klage sich einzulassen nicht schuldig. V. R. W. Porro circa personam commendati etiam non omnis obligatio deficit. Nam 1) nullum est dubium, quod commendatus illi, cui facta est commendatio, ex negotio cum ipso celebrato obligatur. Attamen haec obligatio non ex facta commendatione, sed ex negotio & contractu, qui intercessit, ortum fuisse habet; uti de facili intelligitur. Et si cum eo certum contractum ivit, ultra id, quod principaliter in obligationem venit, alter alteri tenetur de ea culpa, de qua praestanda est conventum. a. l. i. §. 6. ff. depos. j. l. 23. ff. d. R. J. Si nihil determinatum, praestabunt libi invicem diligentiam ex natura initi contractus regulariter praestandum: juxta l. s. §. 2. ff. commod.

Th. XIII. 2) Quamvis natura gratuitum negotium commendationem esse, jam sit monitum, non tamen respuit honorarium, ad quod, si certum promittit commendatus, commendanti valide obligatur. De cuius quidem petitione si sit quæstio, in primis ad id, quod actum est, respici debet. In dubio autem, si simpliciter certi quid promissum est, non presumitur commendatus id pollicitus sub conditione, si commendatii deferatur, atque ita desiderio commendati satisfiat. Nam eti commendatio optatum eventum non sortiator; tamen non indignus est specialiter commendans ejusmodi honorario, utpote qui non exiguo periculo commendando se subjicit, & in cuius non est arbitrio atque viribus, efficere, ut tertius commendationi suæ relinquat locum. a. l. 10. §. 1. ff. d. N. G. l. 56. §. 4. ff. mand.

Th. XIV.

Th. XIV. Tandem quoad tertium, cuius benvolentia aliquis insinuat, monendum, quod ipse ad satisfaciendum petitis commendatitias non obligetur, cum nihil interveniat, quod ipsum urget, ut commendantis fidem necessario sequatur; licet etiam literas commendatitias, & quidem sine protestatione, receperit. Nullum enim exinde ipsi incumbit periculum, nec vi facta receptionis commendatio pro susceppta habetur, ita ut recipiens ad necessario gratificandum commendato obligetur; a. l. 22. §. f. ff. mand. Obligatur tamen ad satisfaciendum, si commendationi deferre promisit. a. c. l. Vel etiam sine hac promissione, si ei tanquam heredi aliquis ita in testamento commendatus sit, ut colligi possit, testatorem commendato legatum v. g. relinquere voluisse: tenetur enim tum commendationi tanquam ultimae voluntati satisfacere. j. tb. seqv. Idem tertius commendanti specialiter, (utpote qui mandanti non est assimilis) licet nihil iipius regulariter inter sit, ad exactissimam diligentiam obstringitur. a. l. 13. l. 21. C. mand.

Th. XV. Verba commendatitiae à testatore adhibita legatum vel fideicommissum non inducunt l. n. §. 2. ff. d. leg. 3. l. 12. C. d. fideic. libert. Nic. de Passer. lib. 3. quo 47. n. 7. M. Anton. Peregrinus de fideicommiss. art. 1. num. 50. Neque exceptionem faciunt causæ favorabiles, licet id ass. ser. Alexand. lib. 7. cons. 158. Card. Tusch. lit. C. præf. conclus. 476. n. 1. Aliud dicendum, si verba commendatitiae sint ita specialia, ut ex iis de mente testatoris, quod velit legatum relinquere, constet: Utile enim atque validum esse debet omne verbum, significans testatoris legitimum sensum, legare vel fideicommittere volentis, disponente ita Imp. Justiniano in l. 2. C. commun. de leg. l. 15. C. d. tcc.

d. testam. Merito itaque fideicommissum relictum esse
censembitur, si id syadeat probabilis interpretatio, & con-
jectura tacita voluntatis testatoris. *a. l. 16. C. d. fideicomm. l.*
u. §. 9. ff. d. leg. l. 24. §. 8. ff. d. fideic. libere. multo magis id
obtinebit, si commendatio ad præstationem legati sit di-
recta, ut in *l. 5. ff. d. alim. & cib. leg. l. 21. §. 2. ff. d. ann. leg.*
vel si testator in testamento scriptit: Sempronio hæredi
meo Titium de meliori nota commendo, cupioque, ut
ipsi ope & consilio assistas, & si pecunia egeat, trecentos
legati nomine præstes,

Th. XVI. Dictum hactenus de effectu primo, di-
cendum nunc de *Effectu* commendationis specialis ad ne-
gotia secundaria sive orto. Ex obligatione enim, qua ex ne-
gotio commendationis nascitur, variae actiones descen-
dunt, & vel commendanti, vel cui facta commendatio,
vel commendato competunt. Incipiamus à com-
mendante, qui considerari potest vel in ordine ad tertium, cui
v.g. commendando indemnitatem promittit, vel respe-
ctu habito ad commendatum, pro quo intercessit. Pri-
ori respectu datur commendanti adversus eum, qui com-
mendationem specialem suscepit, actio mandati directa,
ad hoc, ut commendationi satisfaciat, & quicquid ex na-
tura actus vel inita conventione debetur, præstet. Con-
veniri hac actione tertius potest, qui commendationem
suscepit, nec legitime adimplevit, ad omne interesse. *a. l.*
5. §. 1. l. 27. §. 2. ff. mand. ad culpam præstandam. *a. l. 13. §. 1.*
ff. d. usur. Deinde habito respectu ad commendatum,
positoque casu habili, commendans habebit actionem
mandati contrariam adversus commendatum, pro quo
ad ipsius commendati vel expressum, vel tacitum scientia
& patentia declaratum mandatum, commendando in-
tercessit

tercessit ac solvit, vel alias satisfaciendo eum liberavit a. §. 6. J. mand. l. 14. pr. ff. eod. ac de eo certioravit. a. l. 29. §. 3. ff. eod. conf. Donell. Comment. d. Jur. Civ. libr. 13. cap. 13. n. 177. ad hoc, ut indemnis habeatur, & impensa restituantur. a. l. 10. §. 11. ff. d. t. j. l. 18. ff. eod. Postea, ne quid praeteremus, aliud adhuc judicium inter memoratas personas exerceri poterit. Scilicet, si quis pro aliquo ad ipsius mandatum intercedat, adhibita commendatione fidejussoria; exempl. v. supra tb. 8. c. 3. nulla actio regulariter commendanti, antequam id, quod vi facta commendationis specialis tertio pro commendato promisit, solvit, adversus commendatum tanquam mandatorem competit; quod satis corroborari potest ex mente Constit. Imperat. in l. 6. & 10. C. mand. Nihilominus actio mandati contraria dator commendanti ejusque hæredibus, qui ad alterius mandatum expressum vel tacitum pro eo commendando fidejussit, adversus commendatum, pro quo intercessum & hæredes, in casu, si v. g. commendatus in solutione cesseret, vel bona sua dissiparet. a. l. 38. §. 1. ff. l. 10. C. mand. & ex hac Consi. Gregor. IX. in c. f. X. d. fidej. ad hoc, ut commendatus commendantem ab obligatione liberet, vel cautionem de defendendo præstet. arg. d. l. 38. j. l. 45. ff. d. fidej. l. 41. ff. d. judic.

Th. XVII. Porro commendans ad consequendum certum, quod promissum est, honorarium, juris remediis non destitutitur: si enim illud stipulato ipso promissum fuit, petet id conditione certi ex stipulatu. a. l. 56. §. 3. ff. mand. j. a. l. 74. ff. d. V. O. Si tantum pacto, statim ab initio, cum quis voluit commendari, adjecto, peti potest actione mandati contraria. a. l. 13. C. d. pac. j. l. 12. §. 12. ff. mand. Si post intervallum promiserit, per extraordinariam

riam persecutionem. a. l. 7. ff. mand. l. i. C. eod. l. i. §. 10. 12.
 ff. d. extraord. cogn. De qua quidem circa pactum, ab ad-
 juncto temporis petita distinctione, notat Dn. Stryck. *Caut.*
contract. Sect. 3. c. 6. §. 4. non opus hodie esse, ut simus sol-
 liciti, cum pactum, quoenque tempore adjiciatur, mo-
 ribus hodiernis validum sit, & per se actionem produc-
 re possit. Imo, uti Advocatus, non praestito à Cliente
 salario, acta retinere potest, Finckelth. *Obs. 98. num. 30.* ita
 commendanti specialiter, ut in rebus commendati, quas
 forte detinet, jus retentionis exerceat, ex aequitate vide-
 tur concedendum. a. l. 25. in f. ff. de procur. Si incertum
 quid honorarii loco promissum est, quoniam, quid dari
 debear, non est determinatum, & negotium hoc sit sua
 natura gratuitum, à commendante exigi nequit; adeo-
 que nec extra ordinem recte petitur, nec judicio manda-
 ti; a. d. l. 56. §. 3. ff. mand. l. 17. C. eod. nisi forte juxta loci
 consuetudinem ejusmodi commendantibus aliquid præ-
 stari soleat: tunc enim non erit sine effectu talis incertezza
 quantitatis promissio, si v. g. commendatus dixit: Ich
 will dem Herrn eine Recompens geben / vel: Ich will
 solche Recommendation mit würdlicher Dankbarkeit/
 oder/ mit einem Gratal zu remuneriren wissen. Hoc
 easū commendans honorarium aliquod secundum magi-
 stratus vel boni viri arbitrium determinandum, per im-
 plorationem officii judicis, consequi potest. fac. c. l. i. §. 10.
 ff. d. extraord. cogn. v. Stryck. c. tr. Sect. 2. c. n. §. 21. Brun-
 nem. ad c. l. 17. C. d. mand.

Th. XVIII. E contrario commendans ab eo, qui
 commendationem specialem suscepit, conveniri potest
 actione mandati contraria, esque utili l. 12. §. 13. ff. mand.
 Dec. El. 42. Si modo actionem contrariam in directam

& utilem distingvere licet, cum in toto juris corpore ita, quantum mihi constat, non distingvatur; nec est, quod anxie inquiramus, an fieri possit, nec ne, cum earum actionum idem sit effectus per l. 47. §. 1. ff. d. N. G. Est autem dicta actio personalis: datur enim ad imitationem actionis ex contractu mandati, tanquam specie juris ad rem, §. 1. I. d. Act. & competit illi, cui quis est commendatus, adversus eum qui specialiter animo mandandi alterum commendavit; ad id, quod ad instantiam commendantis commendato est praesitum, cum omni damno restituendum. a. l. 6. §. 4. ff. mand. Quod si vero stipulatio de restituendis mutuo datis & indemni habendo intercessit, actio ex stipulata ad ilia consequenda locum iaveniet.

Th. XIX. Sæpiissime quidem fiunt commendationes rogante, vel saltem sciente eo, qui vult commendari; Interim tamen aliquando commendatio fit, ita, ut quis ignoret, quod commendetur. Ethoc quidem casu evenire potest, ut commendatus habeat actionem adversus commendantem, si singamus hunc tales commendatitias ad aliquem scripsisse: Sempronius amicus meus peregrinas regiones jam visitat, & illi, quos rebus suis præfecit, omnia negligunt; ipsum igitur commendatum habeas quæso: nam non ipsi soli, sed mihi quoque facies, quod gratissimum erit, si ædes Sempronii, quæ ruinam minantur, ut fulciantur atque restaurentur, curaveris, satisfieri tibi eo nomine deberi, hisce promitto. Suscipit hanc commendationem is, ad quem directa est, sed in eligen-
dis fabris lignariis & architectis negligenter agit, alisque modis res Sempronii ita gerit, ut non una ratione ipsi detrimentum contingat. Sic redeunti commendato dabitur actio Neg. Gestorum adversus commendantem, quem homini

homini prudentiori ac circumspetiori res alienas commendare oportuit, ad hoc, ut damnum datum resarciat. *v. l. 21. §. f. ff. d. N. G. a. l. 7. C. arbitr. tut.* Consequetur tamen commendans indemnitatem ab eo, qui tam male commendationi satisfecit, usus judicio mandati directo, *a. l. 6. §. 1. ff. mand. l. 8. §. 6. in f. ff. cod. j. l. 47. §. 1. ff. d. N. G.* quo experiri potest etiam antequam commendato id, quod vi facta commendationis debet, *præstet. l. 28. ff. cod. l. fin. ff. d. contrar. tut. & ut. acte.*

Th. XX. Præter supra memoratas actiones commendantibus competentes concedenda etiam iisdem vindicentur beneficia fidejussoria, & quidem 1) *Beneficium Excussionis* five Ordinis, quod non denegandum est commendantibus, qui pro aliis indemnitatem promiserunt, vel alias specialiter intercesserunt, ut adeo vi hujus privilegii in favorem reorum introduci bonis commendati nondum excussis, commendantes cum effectu non possint conveniri. Et quamvis expresse id nullibet in Jure commendanti concedatur, ratio tamen hujus exceptionis, quæ in æquitate consistit, satis svadet, ut ad commendatum prius, quam ad commendantem, ad quem nulla ex hoc negotio regulariter pervenit utilitas, eatur. Est enim hæc exceptio data tum principaliter obligatis, nempe mandatoribus, tum iis quoque, qui minus principaliter tenetur, ut sunt fidejessores, quorum æqualia pene jura sunt, *l. f. §. 1. ff. mand.* nec dissimilem effectum habent; *l. 32. ff. cod.* licet à revicem in eo differant, quod mandator dicatur, qui nudo consensu quoquo modo declarato pro alio intercedit; *pr. J. d. Obl. que ex cons. in fidejussione vero stipulatio requiratur:* *l. t. §. 2. ff. d. V. O.* hac obligationem subsequi possit; *l. 6. §. 1. ff. d. fidej. man-*

datum eandem præcedere debeat. l. 12. §. 14. ff. mand. Ant. Hering. d. fidej. c. 18. n. 2. 3. Quidni igitur, spectata magna similitudine, inter hos etiam referam eos, qui ex commendatione sua convenientur? Cum æquissimum sit, ut, qui pro fidejussoribus & mandatoribus habentur, eorumdem quoque utantur beneficiis. Nov. 4. c. 1. Reyger. Thes. Jur. voc. Commendatio. Mev. part. 8. dec. 187. Ita dubium non est, hoc privilegium competere etiam fidejussoribus indemnitatibus. v. l. 16. ff. d. V. O. utpote qui ante principalis debitoris excusationem plane non sunt obligati. l. 21. ff. d. solut. l. 2. C. d. fidej. tut. Laut. Disp. d. fidej. Indemn. tb. 33. 37. sequ. His simillimi sunt commendantes, qui commendationi sua adjiciunt ejusmodi promissiones: dabo, quanto minus à commendato futuro debitore tuo consequi poteris: quanto minus à debitore exegeris. a. l. 41. ff. d. fidej. l. 6. ff. de Novat. Præstabo tibi indemnitatem, ratione reliqui non exsoluta à commendato summa. a. l. 45. §. II. ff. d. J. E. Ant. Hering. c. l. c. 4. n. 6. Quare etiam hunc in modum commendantes ante commendatos excusos conveniri non possunt, licet specialiter huic beneficio & jurato renunciaverint, v. Carpz. P. 2. consl. 17. d. 7. num. 7.

Th. XXI. Quod quidem eo minus dubii habet, quo certius est, Imperatorem per Nov. 4. c. 1. omnibus intercessoribus succurrere voluisse; Nimurum præter fidejussores etiam iis, qui mandando fidem suam pro aliis interponunt, & principalis obligationem præcedunt: & his, qui rem ab alio debitam se soluturos pacto promittunt. Wesemb. ad ff. tit. de fidej. n. 2. Ergo illis quoque, qui pro commendatis fidem interponunt, & periculum obligationis cum iis contrahendæ ad se pertinere ita volunt,

ut

ut ipsi commendati obligati maneant. a. l. 28. ff. d. constit.
 pec. conf. Laut. disput. de benef. Excus. 1b. 23. Carpz. P. 2.
 const. 18. d. 2. quippe qui non aliter se videntur obligasse,
 quam sub tacita clausula: si commendatus non sit sol-
 vendo. Eo respiciunt verba, qua sententiis inseri ut plu-
 rimum solent, v.g. So ist er / wofern ihr anders von
 dem Commendato nicht könnet bezahlet werden / die
 50. Rthlr. zu erstatten ic. Item: Als werden euch die
 ernennte Gelder / aus gedachten Belagtens Erb-
 schafft / daferne des principal Debitoris Verlassenschaft
 nicht zureichet / Kraft seiner verbindlichen Recommen-
 dation gut gethan ic. Nec quidquam obstatre possunt l.
 3. & 5. C. de fidej. & mand. correcte per Auth. Præsentie. C.
 eod. j. Nov. 4. c. 1. Anmitet autem commendans hanc or-
 dinis exceptionem, si doloso animo neget, se specialiter
 commendasse fidemque suam interpoluisse: & evinca-
 tur contrarium; a. l. 67. §. 3. ff. pro scilicet l. 10. §. 1. ff. d. fidej. j.
 l. 37. ff. d. minor. Ut & in casibus reliquis, quibus hoc be-
 neficio excidunt fidejussores, de quibus conf. Carpzov.
 Part. 2. Conf. 8. d. 5. seq.

Th. XXII. Idem dicendum de Beneficio Divisionis:
 si enim plures eundem commendaverunt, seque ad in-
 demnitatem præstandam obligarunt, habent beneficium
 divisionis, & singuli ante item contestatam solvendo exi-
 stentes condemnantur tantum in virilem partem a. l. 26. l.
 27. §. 1. l. 51. ff. de fidej. add. Carpz. P. 3. dec. 252. Id. Part. 2.
 const. 18. d. 2. Tandem etiam habebunt commendantes
 Exceptionem cedendarum actionum, beneficio cuius, quan-
 do ipso solvere parati sunt, à tertio cui commendatio facta,
 cessionem omnium actionum creditori commendatatio-
 competentium petere possunt: a. l. 11. 14. C. de fidej. ne-
 que

que ante illam cessionem solvere tenentur; nisi dictus creditor circa suam culpam actionem cedere nequeat l. 95. §. pen. ff. de Solut. Mev. Part. 7. dec. 25. hisque actionibus cessis deinde adversus commendatos uti possunt, ad consequendum omne illud, quod ipsis commendationis specialis nomine abest. vid. Lauterb. Comp. Jur. tit. d. si-
def. p. m. 636.

Th. XXIII. Satis dictum est de commendationis specialis ad contrahendum effectu: ultimo adhuc viden-
dum de *Contrariis*. Inter ceteros modos, quibus com-
mendatio ad Negotia solvitur, potissimum attendendus
est ille, qui fit *renunciatione* commendantis. a. §. 9. f. d.
mand. l. 12. §. f. l. 22. §. f. ff. eod. Hæc fieri debet re adhuc
integra existente, nimirum si v. gr. tertius, ad quem dire-
cta fuit commendatio, cum commendato nondum con-
traxit: tum enim neque hujus nec illius cœpit interesse,
& neutri ex facta jam commendatione jus est quæsum
ita, ut commendantem nequeat amplius paenitere; sed
potius huic integrum est commendationem revocare: a.
§. f. f. quib. mod. toll. Obl. vid. Puf. de J. N. & G. l. i. c. 6. §.
6. quod tamen commendanti non est permisum, si jam a-
liquid ad tenorem commendationis commendato sit præ-
statum: a. l. 58. inf. ff. de pac. j. l. 15. ff. mand. vel si illi quem
commendavit, promisit, se effecturum, ut alter ipsum
juvet & si secus contigerit, præstetur id quod interest:
Hæc enim promissio tanquam vinculum, quod extrinse-
cus accessit, commendantem impedit, quo minus vo-
luntatem suam semel declaratam mutare possit; vel cer-
te efficit, ut si eam mutet, ac revocet commendationem,
commendato ad id, quod interest, commendationem
non revocatam fuisse, teneatur, cum nemo promissum
officium

officium deserere debeat. l. 27. §. 2. ff. mand. l. 5. C. de O. &
A. B. Dn. Struv. S. Jur. C. Exerc. XXII. tb. 18. 2) Perit
commendatio nostra lapsu temporis, si eidem certum tem-
pus, ultra quod ex illa obligatus esse commendans nolit,
adjectum est; quo pertinet præjud. supra tb. 12. b. u. cap.
allatum.

CAPVT V.

TRADIT

EFFECTVM ET CONTRA-
RIA COMMENDATIONIS AD DE-
LINQVENDVM.

S V M M A R I A.

Hujus commendationis Effectus primus est obligatio, qua
genentur personæ intervenientes, non sibi invicem, ib. 1.

Nec naturaliter quidem; sed parti leæ & Republica, 2.

Dolus commendantis & commendati requiritur, alias
commendatio ad delinquendum non est, 3.

Is ad quem commendatio hac dirigitur, fraudis non par-
ticeps non obligatur, & habet quandoque actionem de seruo
corrupto, 4.

Secundus effectus est pena ius, qui ad delictum concur-
runt, infligenda. Quomodo circumstantie circa personas,
qui in hoc actu interveniunt, variare possint? 5

Delicta ipsa & eventus variant, 6.

An, & ex qua ratione teneatur commendant? 7.

Nude commendans non punitur, ut mandans, 8.

Quomodo puniatur commendans, si sit pubertati proxi-
mus, vel minor? 9.

K

Si

Si furiosus, an puniri possit? 10.

Si furor post commendationem ad delinquendum superveniat. *Si demens vel melancholicus commendatur,* 11.

Ebrius ita commendans mitius puniendus, 12.

Immodica suppônitur ebrietas. *Sobrium factum pænitere debet, quod commendavit.* *Ebrios pœna non mitigatur,* 13.

Irratus non punitur levius: quod limitatur, 14.

Commendans vel solus, vel cum commendato intendit delictum principaliter: vel tantum minus principaliter concurrit, 15.

Nude commendans ad delinquendum extra ordinem punitur, 16.

Secus, si commendatum simul persuadet atque exhortatur, 17.

Instruens commendatum pœnam extraordinariam, sed graviorem incurrit, 18.

Si ad furtum instruxerit, quomodo Jure Sax. puniatur? *Si lucrum ob commendationem acceperit, vel speraverit?* 19.

Commendatus punitur ordinaria. *Si servus vel famulus domesticus à domino commendetur, an pœna commendato mitiganda?* 20.

Si à patre vel judge quis ita commendetur? 21.

Nude commendans non tenetur de excessu, quem fecit commendatus: sed quid si commendatio prægnans fuerit, & *commendatus ad vulnerandum occiderit?* 22.

Alii distinguunt inter vulnera: alii, nunc excessus factus data opera, aut ex imprudentia, 23.

Probatur sententia, qua commendantem ordinaria pœna dignum judicat, 24.

Ampliatur: licet commendans protestatus sit, quod de excessu tenerinon velit. *Limitatio adjicietur,* & *diversa ab hac quasio removetur,* 25.

AB

An pena mitiganda commendanti ad delinquendum, si
commendatus alias deliquerit? 26.

Unde hoc probari possit? 27.

Ad varia delicta sit commendatio. Quomodo punian-
tur fraudis participes, si ad parricidium tendat? 28.

Si tendat ad homicidium, veneficium, adulterium, pe-
culatum, falsum? 29.

Si ad furtum; commendans aliquando actione furti te-
netur, & punitur ut fur, cum ampliatione, 30.

An actione ad exhibendum, rei vindicatione, condictio-
ne furtiva ejusmodi commendans teneatur? An suspendi pos-
sit? Et quomodo commendationi satisfaciens puniatur? 31.

Si ad injuriam alteri inferendam concepta sit commenda-
tio? ad rem post delictum aliquid commissum juvandum? Et
quomodo hoc casu recipiens commendatum puniatur? 32.

Si delictum, ob quod suscepta commendatio, non sit secu-
rum, que pena obtineat? 33.

Extraordinaria locum habet. Vasallus hoc casu feudo
privatur, 34.

Penam non mitigat eventus longo post commendationem
intervallo secessus: Veleventus ab intentione commendantis a-
lienus, 35.

Tollit commendationem ad delinquendum revocatio;
qualem Dd. revocationem requirant? 36.

Et qualis ad impunitatem commendantis conciliandam
sufficere credatur? 37.

THES. I.

Separatim diximus de effectu primo & secundo com-
mendationis ad negotia; Eadem quoque methodo
utemur in delineando effectu Commendationis ad delin-
quen-

quendum. Nimirum *primus* hujus commendationis effec-
 tus est, ratione personarum in ea intervenientium, & ad
 delictum concurrentium, quod penas se reddant obno-
 xios; Verum ratione patientis, qui per commendatio-
 nem luditur, quod delinquentes & lassionem inferentes
 habeat obligatos. Erit itaque ante omnia dispiciendum,
 an, & inter quos obligatio oriatur, & quidam, ut ejus-
 modi nascatur obligatio, requiratur? Queritur nempe,
 an commendatus, commendans, & qui suscipit com-
 mendationem ad delinquendum, ex ea fibi invicem obli-
 gentur? Et dictum iam supra fuit, impossibilium nullam
 esse obligationem; Adeoque verum est, commendatio-
 nem, qua tendit ad turpia sive naturaliter sive civiliter ta-
 lia, neminem obligare ad satisfaciendum ei, quod in com-
 mendatione continetur; etiam si quis id se factorum iam-
 jani receperit; quippe ad quod non tenetur, licet ipsi ex-
 presso mandatum sit. §. 7. J. de mand. Neque, quod pa-
 tet ex natura correlatorum, commendans obligator ei,
 cui facta commendatio. a. l. 35. §. 2 ff. d. contr. emt. Qua-
 re si is, cui facta commendatio, in dolo versetur, delicti-
 que perpetrandi conscientius, commendantis petitis deserat,
 nullum habebit adversus eum regresum, intuitu factae
 commendationis specialis a. l. 1. §. 14 ff. d. aut. & rat. di-
 strab. j. l. 12. §. 6 ff. mand. v. Klock. Tom. 2. cons. 59. n. 23. 26.
 Adeo, ut facta hanc in rem alteri de praestanda indemnita-
 te promissio prorsus sit inefficax ad producendam obli-
 gationem atque actionem: a. l. 6. §. 3. ff. mand. l. 123. ff. d.
 V. O. temere enim atque torpiter fecit tertius, quod tali
 commendationi ad delictum tendenti non omni modo
 restitut, sed eandem approbavit; turpius quod suscepit,
 turpissime, quod executus est. Nec excipiendum est ca-
 fus,

sus, quo se invicem juramento adstrinxerunt, quod pro-
missa sunt servaturi. l. 28. d. R. f. 6.

Th. II. Hinc sine fundamento est, quod Petr. An-
ton de Petra, *de jure questi. non toll. c. 24. n. 186.* citatus à
Klock. d. l. n. 37. asserit, obligationem ex turpi hujs ge-
neris conventione naturalem oriri, cuius tamen effectus
per jus civile impeditur. Nullo enim modo subsistere,
vel naturalem obligationem producere, potest promis-
sio commendationi ad delinquendum accedens, de in-
demni habendo commendante vel tertio, pessimum
propositum promovente: quoniam naturalis ratio vel
maxime dictat, non posse ejusmodi personas factum
illicitum medicantes sibi invicem fidem dare de remora-
liter impossibili. n. 427. §. 4. ff. *de pact.* Da. Stryck. d. Cau-
tel. *Contr. Sect. 21. c. n. §. 6.* Verissimum igitur est turpi-
um & ac impossibilium nullam esse obligationem. l. 15.
ff. d. consit. insit. Obligatur tamen dicta persona
cum parti laesa, tam Republica. a. l. n. §. 3. ff. d. *injur.* l. 5.
C. d. Accusat. Adeoque distinguendum erit inter obli-
gationem civilis, sive qua' nasci debet inter comen-
dantem & cui sit commendatio, ac vice versa, qualis hic
nolla existit: & criminalem, ad poenam promeritam,
qualis utiq. oritur, ut in subsequentibus latius deducatur.

Th. III. Ut vero una ex personis, qua' in hoc actu

intervenire solent, ad poenam obligetur, requiritur, ut in
dolo versetur, delictique committendi se reddat partici-
pem. Et quod ad commendantem attinet, si is bono a
nimico atque à proposito delinquendi vel facinus vetitum
promovendi alieno commendet, commendatus autem
commendationis favore & occasione usus postea in eum
delinqutat, cui erat commendatus, vel in alium & tantum
abest,

abest, ut commendans teneatur, ut potius ipsa commendatio non possit dici quidem ad delinquendum facta esse,
j. c. 4. tb. 16. Ita porro commendatus non potest delicti reus esse, si ipse nesciat, detrimentum vel interitum alterius capiti per commendationem parari, & consequenter animus delinquendi desit. *v. l. 43. ff. ad L. Jul. d. adult. j. l. 79. ff. d. R. J.* Fingamus enim Sempronium quandam, medicum commendare alteri Sejum, itidem medicum, quem tamen, utpote medicæ artis non adeo periculum, consilio & medicamentis solitus est instruere, eique certum medicamentum veneno imbutum ignoranti, quid in illo lateat, tradit ægrotō exhibendum; Hoc casu Sejus culpa quidem nona omni carebit: non enim debuit de peritia atque integritate alterius ita persylvasus esse, ut ei cœcam adhibeveret sīdem, adeoque ob hanc negligentiam animadversionem forte merebitur: à dolo tamen animo que malefaciēndi fuit alienissimus, & consequenter nec ea erit afficiendus poena, quæ alias in pessimum ejusmodi medicum, juxta *Ord. Crim. art. 134. inf.* statuitur. Ut taceam, hanc commendationem, quæ in gratiam commendati, utpote qui delictum plane non intendit, facta non est, commendationis ad delinquendum nomen ne mereri quidem, per dictas *l. 17. c. 1.*

Th. IV. Et sic quoque quoad tertium, ad quem directa fuit commendatio, contingere potest, ut fraudis non sit particeps, si nempe in commendatitiis nullius delicti mentio fiat; sed aliud quid comminiscatur scribens, ob quod favorem commendato exhiberi cupit, sive ejusmodi literæ in aliorum damnum exarata sint, sive in ipsis, qui accipit, detrimentum tendant, neutro casu intuitu ejus, ad quem datæ sunt, obligationem ad penam oriri mani-

manifestum est. Imo posito casu, quod hic tertius à de-
lo alienus sit, & ejusdem v. g. filius vel uxor ad delinquen-
dum specialiter commendata sit, competet ei (nempe
patri ratione filii, marito ratione uxoris) actio utilis de
servo corrupto. a. l. 14. §. 1. d. serv. corr. Quod tamen
non obtineret, si dicta personæ commendationem sua
sponte expetivere, vel si commendatio nuda fuit, nec ul-
la commendantis persuasions atque incitamenta acces-
serunt, cessante scilicet tum hujus obligationis causa. a. l.
1. pr. §. 3. ff. d. t. conf. B. Do. Strav. S. J. C. Ex. XV. 1b. 50.

Th. V. Pergendum nunc est ad Effectum secun-
dum, quo scilicet delicti ex commendatione orti compo-
tes vel vi officia magistratu poena ad eaususque delinquen-
tis meritum proportionata afficiuntur, vel alia contra ip-
sos remedia, ut eorum dolus vindicetur, conceduntur.
Possunt autem casus circa commendationem ad delin-
quendum obvenientes infinitis fere modis variare, ita ut
ad eos discernendos prudenti judicis arbitrio expissime o-
pus sit: hic enim pro diversitate circumstaniarum pœ-
nam commendantiv vel reliquis personis infligendam mo-
do mitigabit, modo exasperabit. a. l. 16. ff. d. pan. Ordin.
Crim. art. 177. add. Menoch. d. A. J. Q. cas. 266. Com-
mutabuntur autem circumstantia modis potissimum le-
quentibus, & quidem 1) circa personam commendantem, e-
jus qualitatem, intentionem, & modum commendandi.
Ubi considerandum erit, an iste sit pubertati proximus, an
pubes, minor, an, cum commendaret, furiosus, demens,
summe ebrios vel iratus? an delictum committendum
simul principiter intenderit, an simpliciter commenda-
verit, an simul persuaserit vel instigaverit vel consilia sub-
ministrando aut alia ratione commendatorum instruxerit?

an

an ex commendatione lucrum acceperit vel speraverit? Porro 2) respectu personæ commendata & ejus ad quem direc-
ta commendatio, num hæ personæ ad obedientiam com-
mendandi præstandam alias obligata sint, an circa ex-
equendam commendationem excesserint, an illæ etiam
absque commendatione delinquissent, an securi-
do non
Th. VI. Ecce deinde 3) ponderanda *varietas ipso-
rum delictorum*, ad quæ sit commendatio. Ita nimurum
commendare quis potest alterum, ut ipsi per commenda-
tionem occasi suppeditetur, auxiliu inve concilietur. Quo
commendatus delictum, idque vel ipso Jure naturali, vel
jure saltem positivo prohibitum, vel publicum, vel pri-
vatum &c. quod intendit, eo facilius possit perpetrare &
v. g. parricidium vel homicidium committere, veneno
aliquem perimere, adulterium, peculatum vel falsum pa-
trare, furtum vel injuriam facere, damnum dare, vel et-
iam ut commendatus, qui jam deliquerit, recipiat atque
occultetur, utve fuga ejus promoveatur. Nec non 4)
ratione *eventus* considerandum, an commendatio ad su-
pra memorata maleficia eventum suum consecuta sit, nec
ne? numque statim, an post longum intervallum? an
is *eventus* fuerit secutus, quem intenderunt personæ in-
tervenientes, an vero aliis aut longe diversus? Circa fin-
gulas has circumstantias aliquid saltem edifferuisse in præ-
fensi suffecerit.

Th. VII. Teneri personas fraudis participes ex
commendatione ad delinquendum palam est. Et qui-
dem, quod in specie ad commendantem spectat, cuius
potior hic habenda ratiō, ille quidem non immerito ex
dolo suo maloque proposito obligatur? nec enim poena
solum digni sunt, qui perse, directe & *apertos*; sed etiam
qui

qui aliis modis mediate atque indirecte , vel faciendo vel
omittendo , ad maleficium concurryunt , adeoque & hi
qui consilium dant delictum perpetraturo , eique occasi-
onem vel auxilium præbent , & quidni etiam isti , qui com-
mendatione sua eorum , qui delinquere animum induxe-
runt , pessimum propositum promovere scelerata mente
student ? a. Ord. Cr. art. 40. verb. : **So jemands den**
Thätern gefährlich Fürderung thut. quoniam plane &
illi in delicti partem veniunt , qui assentantur falsoem , aut
qui reticent vel non dissimilant delictum , quod manifesta-
re vel dissimilare debebant . vid. Grot. d. J. B. & P. lib. 2.
cap. 17. §. 6. sequ. & cap. 21. §. 1. 2. Kulpis. Colleg. Grot. ad d.
cap. 17. ib. 2.

Th. VIII. Obligabitur itaque commendans parti
laſſa ad resarcendum damnum , & Reipublicæ , intuitu
commiffi delicti vel promoti , ac per id turbata communis
societatis & violata legis prohibitiæ , ad poenam , qua
regulariter est extraordinaria ; nam licet mandans ea-
dem , qua mandatarius , poena ideo recte plectatur , quod
quis id censetur ipſe fecisse , quod per alium fecit ; Et ni-
hil interfit , an aliquis ipſe occidat , an causam mortis præ-
beat . l. 15. §. 1. ff. ad L. Cornel. d. Sic. j. 169. ff. d. R. J. cum
eo tamen comparari nude commendans nequit : qui enim
crimen aliquod mandat , prodit animum ac voluntatem
delinquendi atque alteri nocendi procliviorē & intenti-
onem enixiorem , quam commendans : hinc iustum est ,
ut quod sceleratus committit , gravius vindicetur . c. 21.
caus. 24. qu. 1.

Th. IX. Spectanda autem venit circa personam
commendantem , si de pena ejus est quæſio , in qua exata-
te , dum commendavit , constitutus fuit . Ita jam supra

in *tb. 4. c. 2.* dictum fuit, *pubertati proximos posse ad delinquendum commendare*. Sunt tamen ejusmodi commendantes extra ordinem & quidem mitius, ac illi, qui justam ætatem habent, puniendi. *a. l. 108. ff. d. R. f. c. 1. 2. x. d. delict. puer. cap. 9. x. d. desp. impub. O. Crim. art. 164.* Nisi præter doli capacitatem ex commendandi modo aliisque circumstantiis colligi possit, quod in commendante malitia suppleverit ætatem: tum enim aetatis miseratione judicem ad mitiorem poenam non moveat; potius ut eadem, qua alias commendans, qui recta ætate pollet, poena afficiatur, justum est. *a. l. 14. ff. de SCt. Silan. d. art. O. C. Minores vero ad delinquendum commendantes ætatis ratio regulariter non excusat, ut iis ideo poena sit mitiganda. a. l. 9. §. 2. ff. d. minor. l. n. 65. 73. C. si adv. del. Carpz. P. 3. qu. 143. ubi præj. Diff. v. Andr. Tiraqv. d. pæn. temper. aut remitt. caus. 7. n. 1. 6. præprimis si commendatio ad atrociora delicta tendat. a. l. 37. §. 1. ff. d. minor.* Quare, si ejus commendatio v. g. ad homicidium sit specialis & mandato similis, ultimo suppicio poterit affici. Nihilominus, cum causa potius delicti spectanda sit, quam ipsum factum, poenæ mitigationem merebitur minor, quando ex circumstantiis colligi potest, quod non tam ex malitia, quam fragili ætatis judicio imprudentiaque, commendaverit. *a. d. l. 37. §. 1. O. C. art. 179.* ibique Matth. Steph. n. 3.

Th. X. De furioso si quaramus, raro equidem continget, quod is commendetur ad delinquendum, neque facile ad hoc admittetur, cum iis plerumque custodes soleant adhiberi, ne perniciosi quid in quenquam moliantur. *f. l. pen. §. ult. ff. ad L. Pomp. d. Parr.* Quid si tamen evenierit, à furioso vel mente capto talem fieri commendationem; posito, quod per mentis alienationem intellexu

lectu vere careat, nec forte furorem simulet; sic sentiendum de eo erit, quod, cum nec doli nec culpæ capax sit, illum fati infelicitas à pœna liberet. *l. 12. ff. ad L. Corn. desic. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 1. ff. d. injur. quæ canonica est in c. 2. caus. 15. qu. 1.* Nec censendus quidem est ita commendando delictum committere: & quod ex commendatione redundat damnum, perinde habendum ac si casu accidisset. *a. l. f. in f. ff. d. admin. tut. quod adeo verum est, ut puniri etiam tum non possit, cum ad sanam mentem rursus pervenerit.* Carpz. *P. 3. qu. 145. n. 10.* Menoch. *d. A. J. Q. l. 2. cas. 325. n. 8.* Tiraqu. *c. l. caus. 2. n. 9. ubi n. 8.* Dissent. alleg. qui hoc casu furioso aliqualem pro delicto pœnitentiam imponendam esse, per *c. 12. caus. 15. qu. 1.* statuit. Imprimis autem furiosus non est, qui tempore intervallorum, quibus sano sensu gaudet, aliquem ad delictum commendat: crit enim tum commerita pœna afficiendus. *a. l. 14. ff. d. off. Præf. l. 6. C. d. Curat. fur.* Quod si non constet, an dicta commendatio tempore furoris, an intervallorum facta sit, judicis erit, accurate ponderare circumstantias, exque iis arguere, quo tempore suscepta sit, & si nec modo id apparere possit, in dubio non præsumetur tempore intervallorum commendationem factam esse. vid. Carpz. *c. l. num. 37.* Prosp. Farin. *P. 3. q. 94. n. 11. 12.*

Th. XI. Fingamus autem commendationem ad maleficium fieri eo tempore, quo quis mentis suæ satis compos, adeoque doli omnino capax est, furorem autem ipsi, antequam dignam ob id luat pœnam, supervenire. Ethoc quidem casu pœna corporali afficiendus non est, ne quidem extraordinaria, cum absentis loco sit. *l. 2. §. 3. ff. d. Jur. Codic.* & ipso furore satis puniatur *l. pen. §. ult.*

ff. ad l. Pomp. de parr. & c. l. 14. ff. de Off. Praef. Poena tamen pecuniaria & Dd. locum relinquere videntur. Menoch. c. l. n. 12. Carpz. d. l. n. 22. 26. Ant. Matth. de Crimin. proleg. c. 2. n. 7. Et si ad sanam mentem redierit, eadem poena plectendum afferunt, qua affectus fuisset, si furor non supervenisset. Farin. c. l. n. 13. Dementes & in magna melancholia constituti, ad delinquendum commendantes, quia, si non ex dolo, tamen ex culpa obstringuntur, & culpa in delictis extra ordinem coeretur, arbitraria poena plecti possunt, & quidem leviori, quam ii, qui sana mente gaudent. v. Carpz. *Jurispr. Confis. lib. 2. tit. 2. def. 377.* Petr. Theodosic. *judic. crimin. pract. cap. 9. §. 27.*

Th. XII. Videndum nunc de Ebriis ad delinquendum commendantibus. Hi sane cum furiosis in omnibus equiparari non possunt. Ebrii enim dolo neutiquam carent, licet ex proclivitate per temulentiam contracta delinquent. a. l. 11. §. 2. ff. de pœn. Verum equidem est, ebrietatem hominis voluntatem ad certum actionis genus non parum irritare: solent enim violento quodam motu spiritus sanguisque impelli & perturbari, ac per id homo vino repletus proclivis reddi ad temeritatem præcipue, iracundiam & libidinem. v. c. 5. disfl. 35. Hinc de facili ejusmodi temulentus à commendandis, qui delictum intendunt, induci potest, ut ita commendet. Ast illa ipsa ebrietas tamen intrinsecam voluntatis libertatem ita non excludit, ut actio invita & omni proæfisi carens dici possit. conf. Puf. d. J. N. & G. l. 1. c. 4. §. 8. Puniendi itaque sunt, qui per ebrietatem ad maleficium commendant, utpote quibus imputandum, quod tale mentis exilium magnos hauriendo cullos sibi arcessiverunt: hinc est, quod dupliciter à Philosopho dicantur peccare, tum se

Se inebriando, tum flagitium per ebrietatem committendo. Mitior tamen poena iisdem jure imponitur, quoniam impetu magis commendando peccaverunt, quam proposito & industria: a. c. l. u. §. 2. ff. d. pan. j. Andr. Tiraqu. d. pan. temp. caus. b. n. 3. parum enim abest, ut nesciant quid agant, & per ebrietatem quasi ignorantes commendasse videantur. a. c. 14. x. d. vit. & bon. cleric. c. 7. caus. 15. q. 1. Ant. Matth. de Crimin. c. l. §. ult. Quod minus dubii habet, si delictum, ad quod facta commendatio, levius fuerit. a. l. 12. pr. in fff. d. cust. & exhib. reor. Sed eti ad grave delictum tendat, tamen mitiganda poena est. a. l. b. §. 4. ff. d. re milit. l. un. C. si quis imper. maled.

Th. XIII, Probe tamen norandum, supponi hic ebrium, qui per temulentiam vix seit, quid agat. Secus est, sit tantum per vinum quasi exhilaratus, nec ebrietas ita immodica sit, ut mentis exilium per commendationem delinquenti intulerit, daß er seiner Vernunft und Sinnen dadurch keines weges beraubet worden. Tum enim ebrietatem allegans à poena ordinaria non excusatatur. Andr. Tiraqu. c. l. n. 11. Menoch. d. A. J. Q. l. 2. cas. 326. n. 7. Brunnum. cent. 2. dec. 21. ubi præj. Deinde ut ebrio commendanti poena mitigari debeat, requiritur, ut is crapula discussa & mentis composfactus doleat, quod commendavit: quod si vero adhuc de eo glorietur, ob factam scelerata commendationis ratificationem ordinarie punietur. Menoch. c. l. n. 10. Prosp. Farinac. Pr. & Theor. crim. P. 3. q. 93. n. 18. Tandem etiam non excusantur ebriosi, sive qui ex consuetudine se inebriare solent & probe norunt, quod vino capti leges divinas & humanas susque deque habere, quavis facinora audere ac suscipere soleant. Censentur enim hi ex proposito bene

ponderato peccare, & consequenter nequeunt postulare,
ire commissa filii impotentur. conf. Farin. c. l. n. g. n. 20.
Anth. Matth. d. l. §. 14.

Th. XIV. Quid vero de irato dicamus? Sane hic,
si aliquem ad delinquendum commendavit, non meretur
ob iram levius puniri; Ne quidem, si ad privatum deli-
ctum commendatio facta: a. l. 16. §. 2. ff. d. p. n. l. 1. §. 5. ff.
ad SCt. Silan. l. 5. C. de Injur. multo minus, si ad publicum.
a. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. repet. j. Mev. Conf. 13. num. 75. Ita
jure imperii satis expeditum est, iram ab ordinaria poena
non liberare. Ord. Crim. art. 137. Brunn. cent. 4. dec. 45.
ubi præj. Neque enim quæ ab iratis fiunt, perinde ha-
benda sunt, ac si proficiscantur ab infantibus aut furiosis.
Dicitur quidem ira furor brevis, sed & voluntaria insania
jure suo audit: Et dolo non caret ex ira commendans: est enim principium pessimæ hujus actionis in ipso com-
mendante, qui non prouersus ignorat actionis suæ circum-
stantias; & sine ignora, ignoranter tamen illa
accersita & affectata est, cum causa ignorantiæ in ipso de-
prehendatur. Si tamen leve omnino delictum, quod
quis commendando vult promovere, sit, & justo dolore
ad iram, ab eo, in cuius detrimentum commendationem
facit, commoveatur, vel aliae circumstantiae pro com-
mendante accedant, non immerito mitiori pena afficiendus
erit: repens enim ira, nimirum, si statim in calore com-
mendatio ad delinquendum fiat, moxque cum oritur &
incalescit, ut deliberandi copiam non faciat, mitigat
commendantis delictum, non tollit, idque non tam pro-
pter iram, quam causam, justumque dolorem: secus e-
nim esset, si causa indignandi frivola, imaginaria & inju-
ria sit. f. l. q. C. d. abolit. j. c. 8. caus. 2. q. 3. a. l. 1. §. 5. ff. ad L.

Corn.

Corn. d. Sic. l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. d. Adult. Mev. P. 3. dec. 358. Anth. Matth. c. l. c. 2. mult. in f. Recte itaque Gror. d. J. B. & P. L. c. o. §. 31. n. 1. 2. judicat, ex affectu iræ proficitentia delicta merito minus odiosa esse, quam quæ ex voluntatis nascentur desiderio: quo enim animi eligentis judicium magis impediatur, quoque magis naturalibus causis; eo, quod delinquatur, minoris esse.

Th. XV. Fieri quandoque solet, ut omnes in hoc actū intervenientes personæ principaliter ad delictum concurrant. Sæpe etiam communis quidem, sed tamen inæqualis est inter eas in tertii damnum vel eadem conspiratio & conlensus. Itaque intererit circa personam commendantis spectasse ejusdem intentionem, quo scilicet animo aliquem ad delictum commendaverit, quod tripli potissimum modo fieri potest. Nimirum, ut vel commendans solus principaliter intendat delictum, vel simulcum commendato, vel minus principaliter, animo amici sui pessimum propositum promovendi, vel forte lucrum ex commendatione capiendi. Primum si supponamus casum, verius intercedet mandatum, quam commendatio, per dicta *ib. 3. b. v. cap.* & commendatus se habebit ut mandatarius: commendans autem qui delictum per alium, qui vel imperio ipsius subjectus est, vel certe auctoritati reluctari difficulter potest, perpetratum vult, & quidem ita, ut intentionem suam per id, quod non expressis mandantis, sed commendatitii verbis utitur, occultet, ordinaria pœna erit plectendus: quadruplex enim peccatum committit, tum contra se ipsum, quod scelus animo concipit, tum contra commendatum, tum contra eum, cui facta commendatio; Tum adversus illum, qui per eam postea lœditur. Neque altero ca-

su,

su, quo simul cum commendato principaliter intendit delictum commendans, à pœna ordinaria se excusare potest, v. g. Commendaturus, Mevium ita alloquitur: Novi te Sejum summo odio habere optareque, ut habeas occasionem satis opportunam ipsius vita privandi; Commendabo te in hunc finem viro cuidam, qui sufficientem exequendi conatum tuum ansam dabit. Ex his & similibus argui potest commendans, quod principalis cum commendato causa fuerit securæ cœdis, pari hinc cum ipso commendato afficiens pœna. Mandator enim cœdis (cui in ejusmodi casibus commendans est æquiparandus) licet corpore suo damnum non inferat, nec immediate ad delictum concurrat, cum tamen nihil intersit, an quis ipse occidat, an causam mortis præbeat; l. 15. ff. ad L. Corn. de Sic. c. 72. d. R. J. 6. pro homicida habetur. c. l. 15. jung. l. 160. ff. d. R. J. l. 1. §. 12. ff. d. vi. & vi arm. conf. Carpz. Pr. Crim. P. 1. qu. 4. n. 9. sequ. Tertius casus maxime est ex natura commendationis.

Th. XVI. Porro circa personam commendantis diligenter ponderandum, quo commendandi modo utatur; An nimirum simpliciter alterum commendet, an vero simul commendatum persvadeat, exhortetur aut instiget: prout enim ille magnum vel leve assert momentum delicto alieno, eatenus modo gravius, modo mitius punitur. Quod ad prius attinet, sequens casus singi potest: Titius Sempronium amicum accedit eumque rogat, velit tantum amicitia suæ dare, sibique ad propositum exequendum non nihil prodesse. Nimirum animum sibi esse, Cajum sibi inamicissimum è medio tollere, id autem vix commodius atque occultius se effecturum, quam si à Sempronio acciperet literas commendatitias ad Mevium,

um, quem nosset Sempronio esse maxime familiarem, ut in domum Mevii, quocunque velit tempore, admittatur. Sempronius hisce petitis sceleratis annuit, literas eo, quo Titius voluit, tenore ad Mevium conscribit, adeoque se delicti participem commendando reddit. Extraordinarie hic & mitius Sempronius puniendus erit; conf. Farin. *Consil. Crimin.* 143. lib. 2. n. 5. utpote qui aliqualem saltem favorem praeflitit delinquenti, nequaquam vero dici potest unica causa delicti securi. a. l. 3. ff. d. noxal. act. Promovetur per ejusmodi commendationem quadantenus delictum, sapientiam tam parum addit commendato delictum commissuro, ut id facilius in effectum deducere possit.

Th. XVII. Spectans alterum modum commendandi, quem in *ib. præc.* tetigimus, nempe, quando ejus, quem commendabo, propositum simul laudo, eundem rogo, persuadeo, exhortor, vel quod ipsi adhuc haret dubii, expello; utilitatem, quæ ex delicto securita est, ostendo & magis magisque instigo, ne tam opportunam de inimico vindictam sumendi occasionem è manibus elabipatiatur: simul ejus accuso ignaviam, aut timiditati tribuo, quod hanc opportunitatem per commendationem oblatam acceptare nolit: f. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. l. 3. §. 4. ad L. Corn. de Sic. cum secuto delicto eadem mea poena cum commendato affici justum est: a. c. 100. caus. u. q. 3. Ipse enim in delictum, ut ita loquar, influxi, ve- raque causa moralis securi facinoris sui. Et sceleris in- star habetur, delinquentes commendando svadendove juuisse. a. l. 16. ff. d. pæn. l. 5. C. d. Apost. l. 11. §. 6. ff. d. Injur. conf. Tabor. armament. Justin. cap. 4. §. 8. Quam animadversionem non solum meretur commendans, si com-

mendandum ad delictum inducit à priori, sed & si non dum certus, aliquo modo tamen proclivis antea fuit, & adhuc deliberavit: licet enim jam ante commendationem voluisse videatur; Voluit tamen per modum deliberationis ambigua & incerta: malitiam itaque confirmando commendans causa fuit vere cooperans. Nec quidquam proderit commendanti exceptio, quod alii non defuturi fuisseot, qui ipsum commendassent ad illud delictum perpetrandum.

Th. XVIII. Graviter etiam peccat ille, qui se scelerum magistrum præbet, & non solum commendat, sed commendatum etiam consilio vel alia ratione instruit, quo modo, quo tempore furtum v.g. possit in effectum facilime & velocissime deduci? Quo loco res dolosa contrectatione auferenda sint reposita? Vel, si ad homicidium commendatio fiat, quo tempore occidendum commodissime adoriri possit? Quod genus armorum ad eum interficiendum aptissimum? Quis locus ad evadendum maxime securus futurus sit? Si itaque commendatus ad determinatum & praescriptum modum delictum committit, commendans extraordinarie, & quidem severius, erit puniendus: ex his enim circumstantiis satis constat de vero ejus dolo & destinata ad offendendum tertium voluntate.

Th. XIX. In specie si ad furtum per indicia & demonstrationem commendato occasionem præstiti commendans, etiamsi de furto nihil participaverit, virgis cæsus in perpetuum Jure Saxon. relegari potest: per *Conf. El. 10. P. 4.* ibique *Carpz. dec. 1. n. 7.* ubi præf. Videndum etiam est, an commendans lucri aliquid ideo, quod ipsi gratificeret, vel datum vel promissum sit; & hoc in casu,

an dictar personæ inter se convenerint, quod velint lucri ex latrocino v. gr. aut furto, consequendi se invicem facere particeps; hæc postrema ratio lucrum ex commendatione capiendi majori periculo, quam altera, commendantem involvit. v. O. C. art. 23. §. Zum fünften.

Th. XX. Personam, qua commendatur, si spestemus, illa sane se excusare nequit per commendationem ab alio ad delinquendum factam: a. l. s. C. de Accus. ordinaria itaque poena merito afficietur; & que ac si nulla præcesserit commendatio: a. l. i. §. 13. ff. de vi & vi arm. qui enim sub favore commendationis alterius delinquit, sponte ac sciens delinquit. Manet igitur commendatus auctor principalis criminis, non aliter, quam si alius non commendasset, cum communicetur quidem reatus per id, quod quis commendavit, non autem a patrante in commendantem devolvitur; & magis sane peccat commendatus, quam in mandato ad delinquendum mandatarius, aut in assassinio patrator facinoris: hi enim regulariter non intendunt delictum principaliter, adeoque saepius se habent ut causa instrumentalis, secus accommodatus. conf. Ruf. J. A. & G. l. 3. c. 1. §. 5. Neque eidem aliquid proderit assertio, quod sine commendatione delictum non perpetraturus fuisset a. l. 43. §. 2. ff. d. edil. edict. Quid si vero dominus & servus (vel hodie famulus domesticus) tam sceleratum ineant consortium, ut ille hunc in pessimo proposito commendando juvare velit, facile apparet, cum servus principaliter delictum intendat, quod non liberetur à poena ordinaria. Si dominus intendit delictum, & servo vult uti, tanquam medio illud perpetrandi, (quo casu facinus hoc vix differet à mandato) nec tum quidem servus regulariter à poena ordinaria liber est: vid.

l. 20. ff. d. O. & A. nec enim domino parere necesse habuit
in illicitis *l. 17. §. 7. ff. de injur. l. 21. §. 1. ff. rev. amot.* Quare
sibi impuret, quod rem vetitam & periculi plenam in se
suscepit, qui ne cogi quidem, ut ejusmodi mandato satis-
faceret, potuit; *a. l. 5. C. d. O. & A.* imo debuit potius ex-
rema quæque pati, quam impia ista & atrocia à domino
inuncta executioni dare. Covarruv. *ad tit. d. sponsal. P. 2.*
c. 3. n. 6. seq. Quare si mandatum domini non excusat
servum, quo magis videtur astringi; multo minus com-
mendatio, per quam non & que adigitur, ad satisfacien-
dum turpi commendantis intentioni. Mitigabitur tamen
ali quando servis, uti ad domini mandatum, ita quoque ad
ejus commendationem specialissimam, delinquentibus,
peccata, maxime in levioribus delictis. *a. l. 15. §. 3. ff. ad L.*
Corn. de fals. l. 157. ff. d. R. J. l. u. §. 2. de his quæ ut indign. l.
a. C. de sepulch. viol. ut, si exhortatione domini violentiam
fecerint. *l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ.* Præsupponunt vero
in his exemplis Dd. vim non levem & cum magnis com-
municationibus conjunctam, ac tale mandatum, quod sine
periculo præsenti & moraliter certe recusari nequit. *a. l. 3.*
§. 1. ff. d. noxal. act. Menoch. *d. A. J. Q. cas. 354.* Tabor.
armam. Just. c. 4. n. 17.

Tb. XXI. Ita quoque si v. g. ad commendationem
(quæ tamen sic maxime in propria erit) superioris, patris,
vel judicis, cum metu & exhortatione conjunctam filius,
vel subditus delinquit: non excusantur regulariter com-
mendati; quippe, cum ejusmodi persona impunes non
sint, licet ipsi per mandatum perpetratio delicti inuncta
fuerit. *a. l. 2. §. 1. ff. d. noxal. act.* v. Carpz. *P. 1. qu. 4. n. 8.*
Mitiganda tamen & iis peccata est in levioribus, propter im-
perium & vim cogendi, quæ est in istis commendantibus.

a. h. 37.

a. l. 37. pr. ff. ad L. Aquil. l. 11. §. ult. l. 12. ff. d. bis qui not. inf.
 l. 4. §. 11. ff. d. re milit. B. Dn. Struv. S. J. C. Ex. XXII. tb. 5.
 Aliquando in levissimis, vel aliis circumstantiis urgentibus, impunes sunt. a. l. 167. §. 1. ff. d. R. J. l. 6. §. 3. ff. d. bis
 qui not. inf. Semper tamen ad hoc, ut poena mitigetur,
 requiritur aliqua necessitas filio, v. g. vel subdito iniun-
 nens, ut se commendari patiatur: secus enim erit, si de fa-
 cili declinare potuerit, quo minus rem, ad quam exequen-
 dam commendatur, expeditat. Et haec dicto modo etiam
 in tertio, qui commendationem, cum hujusmodi vinculo
 commendanti junctus esset, suscepit, locum inveniunt.

Th. XXII. Quæritur autem, an, si commendatus
 excedat commendationem & plus exequatur, quam ad
 quod erat commendatus commendans, de eo quoque te-
 neatur? Ut si v. g. quem commendem, ut centum thale-
 ros Mevio possit afferre, ille ter mille thalerorum surri-
 peret, aut, ut ipse levem injuriam inferat, & commenda-
 tus illum mutilaret: ut baculo pereutiat, & is occideret.
 Sane hisce in casibus nude commendans, qui principaliter
 delictum non intendit, de excessu non tenetur. Nec
 enim vera causa fuit ipsius delicti, quatenus id, cum com-
 mendaret, determinavit, multo minus facti excessus. Et
 in genere plus est mandare delictum, quam ad illud com-
 mendare: adeoque simpliciter commendans non ipecta-
 ri potest, ut mandans, sed ut is, qui aliqualem delicto
 committendo præbet occasionem. Afsi commendatio
 sit mandato similis, vel cum magna perversione, instru-
 ctione aut demonstratione conjuncta, quid juris? Ad
 hanc questionem decidendam applicari possunt, qua Dd.
 hanc in rem de mandatario exceedente afferre solent. Ni-
 mirum si Lucius commendet Cajum, accedentibus iam

suppositis circumstantiis, ut Sejum vulneret vel bombardam in eum explodat: queritur, an cæde facta Seji Lucius teneatur poena homicidii? Non uno modo respondere remque decidere videntur Doctores. Ex quorundam mente dicendum esset, commendantem hoc casu neutiquam teneri de excessu, nec cum commendato eadem poena posse affici; potius extraordinariam in eo poenam locum invenire. vid. Fachin. lib. 1, *Contr. cap. 36.* Tabor. armam. *Justin. c. 4. n. 7.*

Th. XXIII. Alii ita hanc controversiam compo-
nunt, ut opinioni quidem jam memoratae accedere vide-
antur, probe tamen considerandum potest, num com-
mendans verba ad certum vulnus infligendum direxerit,
quo factio bene distingvenda esse vulnera; & pro eorum
diversitate commendantem vel eadem cum commenda-
to, vel mitiori poena, dignum esse. Nempe si com-
menderit, ut quis vulneretur in capite, vel alia corporis par-
te, quod maximum habet vitæ periculum, eum sine ejus-
modi excessu commendatus vix ac ne vix quidem vulnus
determinatum infligere atque terminos commendatio-
nis observare potuerit, in totum teneri commendantem:
cum is ad delictum etiam quoad excessum, utpote qui ab
eo, quod in commendatione continebatur, tam difficul-
ter separari potuit, concurrisse intelligatur; adeoque
præsumui, ipsum habuisse animum occidendi: quoniam
considerare potuit, aut certe debuit, ex tali lœsione in e-
jusmodi corporis parte facile evenire posse homicidium:
fecus autem statuendum esse autumant, si quis ad tale vul-
nus infligendum commendaret, quod regulariter, ac sui
natura mortem inferre non soleat. Tum non teneri po-
ena mortis commendantem, nec ad eum excessus pericu-
lum

Iusti pertinere : in potestate enim commendati fuisse, non
excedere fines commendationis specialis. conf. Giurba
Conf. crim. 40. n. 6. Carpz. P. 1. q. 4. num. 17. 18. Nonnulli
præterea videntur statuere, quod distingendum sit, num
commendatus data opera & consulo excessum fecerit,
an vero ex imprudentia & culpa ; Priori casu excessum
commissum esse ex propria fraude commendati, adeoque
illum non aliter spectari debere, ac si suo nomine suoque
periculo deliquisset : & consequenter commendantem,
si probare possit, commendatum consulo occidisse, cum
potuerit saltem sine periculo mortis vulnerare, ob excessum
puniendum non esse : posteriori autem casu, com-
mendantem, cum vere sit in causa admissæ cædis, eadem
pœna cum commendato merito esse coercendum. v. Hu-
ber. *ad Inst. 1. d. Mand. p. 415. n. 5.*

Th. XXIV. Placeat autem præ-cæteris sententia,
qua eo collimat, ut (posthabita distinctione, an com-
mendans vulnus aliquod determinaverit, an secus, an id
mortiferum sit, nec ne, num consulo, an ex imprudentia
commendatus vulnus lethale alteri intulerit,) dicto mo-
do commendans æquali cum commendato pœna dignus
judicetur. Nam dicet commendans non directe habeat
animum occidendi, fertur tamen indirecto in homicidium
consensu, nempe per id, quod voluit vulnerari, adeo-
que causam morti præbuit, cum vi commendationis deli-
ctum sit subsecutum, & res pessimi exempli sit, ad vulne-
randum commendare. a. l. 4. § f. ff. *ad L. Cörn. de Sic. l.*
38. §. 5. ff. de pœn. Nihil autem interest an directe an vero
indirecte, vel per consequentiam quis aliquem occidit,
neque ad hoc, ut effectus aliquis alteri moraliter imputari
possit, requiritur, ut inter actionem & ipsius effectum ne-
cessaria

cessaria sit connexio ; sed sufficit hic dolus ille', quo commendans directo intendit vulnerationem , ex qua per se mors insecura est, ac alias probabiliter & non raro sequi solet. v. B. Dn. Struv. S. J. C.Ex. 49. tb. 52. Innoc. in c. au-dientiam x. de homic. vol. n. 1. Alex. de Imola ad l. si quis mi-bi. 25. §. sed quid si mandavit. 7. ff. de acquir. her. n. 15. Ant. Matth. de Crimin. tit. d. Sicar. c. 3. n. 15. Idem commen-dans considerare etiam debuit, commendatum non posse moderari iustum suo arbitrio, nec in potestate ejus esse, certo loco, certa & definita magnitudinis vulnus inflige-re, sed magnum & vix evitabile mortis periculum illi in-tentari, qui vulnerandus est.

Th. XXV. Ethoc adeo verum est, ut à pœna ordi-naria non liberetur commendans, licet probare possit, quod, cum commendasset, expresse erga commendatum protestatus sit, quod de excessu teneri non velit, illumque rogaverit, ut leve tantum vulnus infligat, & in tali corpo-ris parte ; quæ periculo mortis non est obnoxia, & si, tale ut inferat, occasio non permittat, plane abstineat à vulne-ratione : a.c. f. de homic. 6. Facile enim fuit commen-danti perpendiculariter, quod, uti jam dictum, nulla pene vul-nera sine periculo excessus & mortis vulnerandi inferan-tur. Et licet hoc casu commendans non videatur habuisse animum committendi id, quod in excessu continetur, nec certo scivisse, quod ex sua commendatione cædes sit fer-entur ; versatur tamen in actu illico, adeoque de toto eventu tenetur, quem exinde sequi posse cogitare debuit. Is enim qui de actu tenetur, simul etiam tenetur de his, quæ illum ex actus vi sunt consecuta : cum morali æsti-matione pro uno actu habeatur, quicquid ex aliquo actu turpi per se ac velut naturali necessitate deinceps mal-

pro-

profluxit. Et erit protestatio ista de non occidendo à commendante adhibita ipsi commendationis ad vulnus-
randum facto contraria, & consequenter sine effectu. *ad
d.c.j.l.2i. ff. d. acquir. l. omitt. ber.* add. Grot. d. J. B. & P.
l. 2. c. 17 § 11. Secus tamen erit, si commendatus mor-
tem alterius animo indubio jamjam ante factam com-
mendationem conceperit. Extra ordinem enim tum
commendans puniendus videtur, qui hoc casu excessus,
nempe cædis, causa per se nullo modo est. v. Kulpis. *Col-
leg. Grot. ad d. c. 17. tb. 3.* Alia ab hoc esset quæstio, an
commendans, ut quis v. g. levibaculo vel alio instrumen-
to minus noxio, quibus mors inferri nec solet nec potest,
percutiatur, aut alapa eidem infligatur: tum enim si
commendatus eum ense percusserit, vel alio instrumen-
to mortifero, uti vocant, aggressus sit, cædemque intule-
rit, non teneatur commendans tota poena perpetrati deli-
cti, sed extraordinaria in eo locum inveniet; v. Alex. de
Imola c. 1. Carpz. P. I. qu. 4. n. 18. nempe, in quantum &
prout delicto causam dedit.

Th. XXVI. Et hæc, quæ de commendato dicta
sunt, non incommode eodem modo (nisi forte alicubi
diversa intercedat ratio) ad tertium, qui commendatio-
nem suscepit, & circa eam exequendam excessit, applica-
ri possunt. De nuncio obiter monendum, quod is, si e-
iusmodi epistolas commendatitias sciens, quod ad deli-
ctum tendant, portat, arbitrarie puniri possit. Circa su-
pra dictas personas autem adhuc disquirendum venit,
qualem effectum id intuitu commendantis habeat, si com-
mendatus etiam adhuc commendatione delictum perpe-
trasset, & tertius idem, quod commendatus expetebat au-
xilium præbuisset. Nimurum quorundam sententia eo

tendere videtur, quasi nihil intersit, distingvere, an memora-
 rata persona delictum alias commissuri fuissent, an secus:
 & communem eorum, qui hanc distinctionem reprobant,
 opinionem esse statuunt Menoch. *Conf. 788. n. 34.* Clarus
lib. 5. sent. §. f. qu. 89. Giurba *conf. crimin. 91. num. 10.* Lo-
 quuntur tamen citati autores de mandante, qui sane plns
 ad delictum concurrit & recte prima causa dici potest;
v. l. 6. C. ad L. Jul. d. vi publ. secus ac commendans. Igitur
 in hoc minimum attendenda videtur ista distinctione, ut is,
 si alias reliqua persona fecissent, & nuda tantum ac sim-
 plex fuerit commendatio, in primis quando ad leve deli-
 ctum tendit, mitissime puniatur: *v. Nic. Vigil. ad Conf.*
Carol. cap. 2. qu. 2. exc. 1. Si specialior fuerit atque præ-
 gnans, poenam extraordinariam eamque minus gravem
 incurret; *conf. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 48. tb. 12. n. 1. & Dis-*
sert. Crimin. 6. tb. 13. utpote cujus hoc passu commendatio,
 quo commendato gratificat, non sicut causa ne cooperans
 quidem in effectu commissi delicti: nam hujus vi deli-
 ctum secutum non est, & consequenter nec illud com-
 mendanti imputandum est, ad quod efficaciter non con-
 currit. *v. Puf. d. J. N. & G. l. i. c. 5. §. 14. pr.* Menoch. *d. A.*
J. Q. cas. 351. n. 23. Sed commendatus ex propria inimi-
 citia, suo nomine ac pro suo interesse facinus patravit.
 Extraordinaria autem poena commendans affici meretur,
 licet ejus commendatio nihil efficacia habuerit; sed
 commendatus ea etiam non accedente sibi firmiter pro-
 posuerit, quod delictum committere, & is, cui commen-
 datio facta, jamjam paratus ac certus fuerit, quod eam
 occasionem opemve delinquenti præbere velit. *vid. Grot.*
d. J. B. & P. l. 2. c. 17. §. 10. Imo etiam ordinariam poenam,
 non obstante, quod commendatus, etiam sine commen-
 datione

datione fecisset, in commendante locum invenire, si de-
licta ad quæ tendebat commendatio, sint atrocissima, vi-
detur colligendum, ex dict. Farin. Tb. & Prax. Crim. qu.
129. n. 115.

Th. XXVII. An quis alias & absque interventu
commendationis fuisset facturus, nec ne, probandum e-
rit commendanti, quod sane factu sapius satis difficile e-
rit. Potest tamen id aliquando colligi ex circumstantiis
& indiciis, v. gr. Titios Sempronium multis verbis sapius
rogat, ut se commendet Mevio, quo possit v. gr. Sejum
interficere, & tergiversante Sempronio, se declaret Ti-
tius: si ipsi hac in parte gratificare nollet, eam amicitiam,
qua juncti haec tenus fuerint, stare nullo modo posse, ad-
datque: Es würde deswegen doch geschehen / was ge-
schehen solte ic. aut aliunde etiam, v. gr. si commendans
nullum plane odium contra laedendum per commendati-
onem soveat, commendatus autem eidem graviter jam
ante factum commendationem minatus sit. Farin. c. l. n.
143. & minas, maxime qualificatas, ut vocant, ipsum fa-
ctum post breve intervallum fecutum sit; Indicant enim
haec circumstantia magnam proæresin, & sufficientem ad
torturam poscendi commendatum materiam judici præ-
bent. O. C. a. 32. Item, si ab alio turpi mercede dudum
conductus sit, ad homicidium patrandum juramento sefo
adstrinxerit, vel ante commendationem arma ad occi-
endum præparaverit: Et si is, ad quem facta commen-
datio, ejusdem commendati jam antea scelerum socius
& minister fuit. O. Cr. art. 40. a. c. 6. §. qui vero. X. d. bomic.
Sane tum facinus intuitu commendationis commissum
esse, & hunc deplorandum effectum ex commendatione
tanquam sua causa fecutum nemo hariolabitur. conf.

N 2

Giurba

Giurba cons. crim. 70. § 33. cons. 91. § 10. Carpz. P. I. qu. 4. n. 37. Certe his accedentibus circumstantiis potius pro commendante praesumitur, quod scilicet commendatus alias & sine commendatione delinquisset; quemadmodum contra ipsum, si specialiter, & cum persuasione commendavit, in dubio est praesumtio; nempe quod is, erga quem persuationibus usus est, sine commendatione non fecisset, & tunc ordinarie punietur. Neque hanc praesumptionem sola ipsius commendati assertio, quod alias delinquisset, regulariter elidet. v. Farin. c. l. n. 152.

Th. XXVIII. Deinde spectari etiam potest ipsorum *delictorum*, ad quae sit commendatio, *varietas*, nam pro eorum diversitate etiam pena diversam & proportionatam esse debero expediti juris est, v. g. Titius Cajum commendat Sejo, ut patrem suum interficere possit; quo casu & Titius quocunque modo commendavit, & Sejus eadem cum ipso parricida penas sunt afficiendi. a. l. 6. ff. ad L. Pomp. d. parr. §. 6. f. de publ. iud. Quod adhuc minus dubii habet, si Titius insuper Sempronium ad delinquendum instruxerit, aut alio modo juverit. a. l. 7. ff. ad L. Pomp. de Parr. Ubi notandum, quod in c. l. 6. & §. 6. non intelligatur nuda scientia, quippe quae arbitrarie punienda; a. l. 2. ff. d. 1. sed ad hoc, ut quis pena parricidii ordinaria subjiciatur, notitia talis suppontitur, quae simul inducit aliquam criminis participationem & cooperacionem, licet per factum remotum, qualis occurrit in commendante.

Th. XXIX. Quod si commendatio tendat ad homicidium simplex, punitur commendans, modo ut homicida, modo extra ordinem, habita ratione circumstan-
tiarum, quas v. suprath. 15. & seqv. bju. cap. Eadem atten-
denda

cendæ circa inferendam poenam, si commendatio fiat ad aliquem veneno perimendum. Is vero qui suscepit hanc commendationem, qua rogatus est, ut in gratiam commendati ægroto Mevio venenum in medicamento tradat, mortuo ex veneno Mevio, ut latro punietur, si id ipsi exhibuerit, juxta Ord. Crim. a. 134. in f. verb.: Hätte aber ein Arzt solche Tötung willig gethan / so wäre er als ein fürsätzlicher Mörder zu straffen. conf. Carpz. P. 1.
 qu. 20. n. 21. Si fiat commendatio ad hunc finem, ut quis adulterium committat, eaque enixa sit & cum persvaligione conjuncta, commendans graviter quidem delinquit, & neutrum in impunis habendus; a. l. 12. l. 14. ff. ad L. Jul. d. Adult. Nov. 134. c. 10. non tamen idem delictum cum ipso adultero censetur admittere: est enim hoc crimen personalissimum, nec commendatus hoc in casu commendantis explere libidinem potest adulterium committendo, ut hic adulterio recte dicatur. Porro si quis alteri commendet v. g. judicem pecunias publicas subtracturum, ut eidem assifiat, & istas pecunias ad se recipiat, eventu seculo etiam is, ad quem directa commendatio, lege Julia peculatus tenebitur: l. un. C. d. crim. pecul. uti Lege Cornelia de falsis tenetur, quiv. g. aliquem commendavit, ut numeros adulterinos possit confiscare. a. l. 9. §. 1. ff. ad L. Corn. d. fals.

Th. XXX. Porro nude ac simpliciter commendans, ut quis furtum alterius res surripere possit, levius punitur, nec actione furti tenetur; a. §. 11. in f. J. d. Obl. q. e. del. necullo modo surdicipotest. Aliud tamen obtineret, si commendans furem, quem commendat, alliciat, persuadeat, impellat vel instruat: videtur enim tum commendans actioni furti obnoxius; a. l. 96. l. 52. pr. ff. d. furt. l. 20.

I. 20. C. eod. add. Puf. d. J. N. & G. I. i. c. 5. §. 14. & eadem cum ipso fure pena dignus est: v. Far. Oper. Crimin. p. 70 qu. 168. n. 35. dummodo effectum suum habuerit & secutum fuerit furtum. v. Disp. d. auxiliat. fur. Etcl. 3. ib. 7. sub Moderam. Illustr Dn. Præsid. Nam licet correctatio fraudulenta lucri causa facta constituat furtum; I. 52. §. 19. ff. d. fur. I. 3. §. 18. ff. d. A. I. A. P. & palam sit, commendantem etiam specialissime non correctare rem auferendam: a. I. 21. §. 7. ff. d. furt. singitur tamen ille rem correctasse, qui, licet non sit causa physica damni & furti facti, specialiter tamen commendavit, exhibita scilicet persuatione & exhortatione, adeoque talem occasionem delinquenti suppeditavit, sine qua forte facinus perpetra- re non posuisset. a. I. 50. §. 3. ff. de furt. Et habet se hujus generis commendatio instar auxilii cooperativi per ac- tum remotum ante delictum præstiti: nam huc non so- lum referendi sunt, qui furibus consilium subministrant, sed & qui, uti jam dictum, alterum commemorato modo commendantes eidem occasionem suppeditant viam quasi monstrant, quam secuti facilius atque celerius furtum peragant. Quod ita ampliatur, ut aliquis furti actione conveniri possit, extra ordinem insuper à judice punien- dus, licet non lucri, sed inimicitæ, quam sovet adversus eum, cui vult fieri furtum, causa alium commendet. a. I. 50. §. 1. 2. ff. d. furt.

Th. XXXI. Si ex post facto rei furtivæ possessio fiat commendans, actione ad exhibendum una cum rei vindicatione conveniri potest. a. I. 5. §. f. I. 4. ff. ad exhib. j. I. 19. I. 27. §. 3. ff. d. R. V. Quaritur autem, si dominus rem suam furto ablatam ab ipso fure receperit, isque poenam passus sit, an nihilominus adhuc commendantem actionem

nem furti possit convenire? Quod affirmatur, cum etiam iste prater furem furti teneatur: a. §. 11. pr. J. d. 0. q. e. d. n. licet dominus hoc casu videatur cum damno commendantis velle locupletior fieri: Nam quoties poenalis actio adversus plures datur, unus poenam solvendo reliquos non liberat, singuli enim ad poenam ratione suorum delictorum tenentur. Sed anno etiam conditio furtiva dabitur adversus hujusmodi commendatorem? Quod negatur, cum ab ipso nulla contrectatio intercesserit, & intuitu ipsius furti atque contrectationis competat conditio. I. 5. ff. d. condit. furt. j. §. 11. J. d. 0. q. e. d. n. vid. tam Clud. d. condit. furt. c. 2. n. 11. qui utilē concedere videtur. Quod quidem concesserim in eo casu, si quis prater commendationem facto suo ac reali ministerio adjuverit furem. a. l. 53. §. 1. ff. d. V. S. l. 50. §. pen. ff. d. furt. Suspendium autem locum non habet, quomodo cunque etiam quis commendaverit. Si vero simul modum res alienas auferendi demonstravit, ceteris paribus J. Saxon. Elect. fustibus eadi potest, juxta P. 4. C. Elect. 40. ibique Carpz. Tertius qui commendationem suscepit, & furi auxilium furtum per actum proximum scienter & dolose praestitit; v. g. in excubiis stando, scalas fenestris supponendo, instrumenta ad effringendum suppeditando, fenestras aut ostium effringendo: actione furti omnino tenetur. a. l. 54. §. 4. ff. d. furt. & gravius insuper punitur, quam ipse commendans, v. d. disp. d. auxil. fur. sect. 1. b. ult.

Th. XXXII. Quod si eo tendat commendatio, ut commendatus alteri injuriam inferre possit, commendans injuriarum actione ab injuriato conveniri potest, a. l. 11. §. 6. ff. d. injur. v. Magnif. Dn. Müller. ad B. Struv. S. J. C. p. 1436. n. 6. Idem ad interesse tenetur laeso, cui vi com-

men-

mendationis sive daminum illatum est, a judice insuper pro gravitate delicti puniendum: fieri etiam quandoque solet commendatio ad delinquendum, post aliquod delictum jam patratum, si quis delinquenti post commissum maleficium favorem commendationis sciens exhibet, ut ab aliis recipiatur & occulteretur, vel ipsi auxilium praebatur, quo manus prosequentis judicis effugere possit, ut carceribus vi vel dolo eximatur & abducatur &c. & tum commendans extra ordinem puniri debet. Tertius autem, qui satisfecit tali commendationi, & reum scienter ac dolose receperit atque occultavit, vel ipsas res surto sublatas celavit ac divendidit, qua poena mereatur affici, non prorsus expeditum est. Ex quibusdam enim Jur. Civilis textibus videtur colligendum ac simpliciter statuendum, quod illi eadem cum ipso delinquentे poena imponenda sit. n. l. 3. §. 3. ff. d. incend. ruin. mafri. l. 3. §. 12. ff. ad SCi. Silan. l. un. C. d. crim. pec. l. 9. C. ad L. Jul. d. vi publ. Menoch. d. A. I. Q. cas. 349. n. 21. conf. quos citat Carpz. Pr. Crim. P. 3. qu. 134. n. 38. Sed optime hac in parte distinguitur, an is qui sceleratae commendationi satisfecit, tantum receptavit & occultavit vel ipsos malefactores, vel res surreptas: huic enim pro arbitrio judicis poena erit infligenda a. h. f. §. f. ff. d. abig. l. 1. C. d. bis quialtron. & quidem pro conditione personarum receptatores vel consanguinitate vel affinitate attingentium, & criminis qualitate, modo acerbior, modo mitior: a. l. 2. ff. d. recept. Carpz. c. l. n. 40. sequ. an vero simul societatem scelerum turpisque lucis contraxerit: tum enim eadem ut affligatur cum ipso commendato poena dignus est. a. l. 1. ff. d. recept. c. l. 1. l. 2. C. d. bis quialtron. add. O. C. a. 40. Matth. d. Crimini lib. 17. t. 10. o. 2. Brunn. ad. c. l. 1. d. Recept. n. 2. nec obstat l. 39. §. 4. ff. ad L. Jul. d. adult. Th.

Th. XXXIII. Fieri quandoque potest, ut delictum, ad quod facta commendatio, fortuito casu & per impedimentum extrinsecum in effectum deduci nequeat ; (quod enim juris sit, quando commendationis effectus per pœnitentiam commendantis impediatur, dicitur in contrariis.) an igitur & quali adhuc pœna personæ in hoc actu intervenientes sint obnoxiae, queritur ? Et, cum commendatio ad delictum non solum ex dolo & proposito nocendi astimetur : sed ad hoc, ut supra dictis pœnis personæ fraudis participes afficiantur, necesse sit, ut eventus sequatur, & ex illa commendatione dannum acciderit : a.l. 47. ff. de R. J. j.l. 9. in f. & sequ. ff. de dol. mal. Menoch. de A. J. Q. cas. 35. n. 90. ordinaria pœna locum invenire nequit, sed extraordinaria statuenda est. a.l. 1.pr. & §. f. ff. de extraord. crim. Ord. Crim. art. 178. verb. : So jemand einer Miffetbat sich unterstebet, und doch an Vollbringung der Miffetbat durch andere Mittel wider seinen Willen verbindert wird &c. Ita tamen, ut commendato ac tertio, cui quis commendatus est, regulariter gravior, quam commendanti, & huic pro ratione circumstantiarum, quas supra enarravi, pena imponatur ; & prudentis judicis arbitrio relinquatur, quomodo ea, prout prope ad ipsum actum delinquendi deuentum est, vel fecus, aut mitiganda, aut exacerbanda ipsis commendatis sit, v. gr. Titius medicum Mevio ægrotanti commendat, ut illi malum ac venenosum medicamentum tradat, morte Mevii non secuta commendans arbitrarie punitur, & lasso tenetur ad interesse. Quod in omnibus delictis specialiter non exceptis obtinet : cum primis autem in levioribus ; in quibus consensu nunquam punitur ordinaria, imo aliquando impunis est. a.l. 53. §. 1. ff. d. V. S.

Th. XXXIV. Interim extraordinaria plerumque inventit locum : nec immerito ; punitur enim non propter delictum, quod promovere studuit, commendans : cum id secutum non sit ; sed propter malitiosam commendationem, qua per se titulum aliquem criminis constituit. v. Farin. Tb. & Pr. trim. P. 5. qu. 129, n. 83. Res enim mali exempli est, ita com-

O

men-

mendasse, adeoque Reipubl. interest, id puniri, quod, si impune relinquatur, ulteriorem hominibus ita commendandi licentiam suppeditaret. a. d. l. i. ff. d. extraord. crim. §. 8. f. d. Obl. que ex dcl. Ita actione furti nec commendans nec commendatus tenetur, furto non secuto. a. l. 52, §. 19. ff. d. furt. Farin. c. l. p. 7. q. 168. n. 39. ubi n. 40. Diff. vid. Aretinus. Quid si vasallus ita commendaret contra dominum suum dictum, e. c. ut eidem furto quid surripiatur? Certe etiam si furtum non fiat, ob solam tamen commendationem eventu destitutam, quæ satis infidelem ejus animum arguit, feudo privari potest. a. 2. ff. 24. §. 2. utpote, quod ex capite felonii domino aperitur. Sed in quibusdam atrocioribus & peccatis exempli criminibus legislator homines etiam à conatu detergere gravitate supplicii specialiter voluit, ut in crimine læse maiestatis: a. l. 5. pr. ff. ad L. Jul. Maj. ubi eadem severitate voluntatem (quæ scilicet cogitationis fines excessit, & in actum exterritum prorupit) sceleris, qua effectum puniri jura voluerunt. v. Al. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 16. inf. ut & in crimine lege Cornelie de Sicariis notato. a. l. 1. l. 7. l. 14. ff. ad dicti L. Quod nec jure novo mutatum. §. 5. f. d. publ. jud. l. 7. C. ad L. Corn. de sic. ubi tamen probe tenendum, quod usus fori pene communis non tam conatum, quam eventum rectius spectet: Ant. Matth. d. Crimin. ad tit. ff. d. L. Corn. d. Sic. cap. 3. n. 11. & consequenter commendantem & commendatum ad ejusmodi etiam crima poena extraordinaria maneat.

Th. XXXV. Commendanti autem poena mitiganda non est, si commendatio ex longo demum intervallo effectum suum consequatur: v. Innocent. in c. audientiam x. d. homic. vol. n. 2. Farin. P. s. q. 129. n. 68. sufficit enim commendatum adhuc sub favore commendationis & ex voluntate ejus, qui illam dedit, delinquere; Secus est, si ex circumstantiis (v. c. ex commendantis inita post aliquem temporis tractum vera amicitia cum eo, in cuius damnum ac periculum commendatio olim parata erat;) appareat, præter commendantis voluntatem hunc antea facta commendationis effectum accidere.

re. Ast quid dicendum, si longe alius ac diversus ab eo, quem intenderunt persona intervenientes, eventus secutus sit? e. g. Commendo Titium, ut possit occidere Sempronium, Titius per dolum mea commendatione abutitur & occidit Mevium. Tum extra ordinem puniendus sum: Titius enim ex sua voluntate suoque placo, non permotus mea commendatione, Mevium interfecisse intelligendus est. Sed ordinaria tenerer, si ex sola commendati culpa, non Sempronius, sed Mevius occideretur, forte quod erravit in persona occienda: videntur Dissent. quos alleg. Farin. c. l. n. 99. Nam ego, qui specialiter commendavi, adhuc vera causa sum perpetrati delicti, nec novus, ut antea, dolus commendati intercedit. Quod si ita accideret, ut Titius, qui commendatur a Cajo, ut Mevium occidat, ipse à Mevio in confictu occidatur? sane hoc casu, si commendans fuit principalius intendit Mevii mortem, licet non ejus, sed Titii cædes secura fuerit, ut homicida punitur.

Th. XXXVI. Tollitur commendatio ad delinquendum *Revocatione*, ita ut pœnitentia pœnam excludat, & commendantem impunem regulariter reddit, e. c. Titius repentina ira captus Mevio tradit commendatias in detrimentum Sempronii directas; posteaquam autem ira deferibuit, in pessimo illo animi sui proposito non perseverat, sed omnia, quæ in Sempronii injuriam, damnum & lesionem dicta, scripta vel facta fuerunt, mature & ante delictum perpetratum revo- cat. Merito itaque ipsi proderit pœnituisse. v. c. 5. casu. 2. q. 3. Menoch. de A. J. Q. cas. 351. n. 8. Licet Mevius nihilominus perficiat delictum: censetur enim id sua sponte patrallè, nec commendantem obligasse. Requiritur tamen ad hoc, ut impunis sit commendans, ut hanc animi sui mutationem justo tempore commendato, & ei, cui facta commendatio, notam faciat; imo ex mente Felini in c. signum 14. d. homic. citante Menoch. c. l. ulterius exigitur, ut commendans de eo certiore per commendationem offendendum, ipsum moneat, ut sibi caveat; j. Innoc. in dict. cap. & (quod insuper videtur requi-

rere Farin. *Prax. Crim. q. 129. n. 93.*) ut illi, in cuius detrimen-
tum concepta erat commendatio, expresse nominet personam
commendatam, quæ v. g. occidere volebat: Et *Salyc. ad l. 1.*
C. de rapt. virg. col. 6. verb. quero quarto, eidem eo saltem casu
concedere videretur impunitatem, quando non solum simpliciter
commendationem revocat; sed & commendato & tertio
contrarium efficaciter syadet, ut ipse antea commendans vere
credat, illos commendationem effectui non daturos.

Th. XXXVII. Verum enim vero, tutissime quidem
commendantem agere, & conscientia optime consulere non
negarem, si hæc requisita stricte observet; quod tamen ad
hoc, ut à pena liber sit, iis omnibus necessario inharrere de-
beat, forte dubitare licet in eo, qui nude commendavit: huic
enim ad impunitatem sufficerit, si commendationem suam
tum apud commendatum, tum tertium, cui facta est, revoca-
verit; Si vero specialiter, vel cum instructione, vel adhibita
persuasione: aut si delictum, ad quod facta est, atrox sit;
non obstante ejusmodi revocatione, secuto delicto, adhuc
extra ordinem puniri potest, nisi jam memorata requisita, &
inprimis id, quod ex Felino allatum, adimpleverit, & conse-
quenter omni modo, quantum in ipso fuit, contra nisus sit, &
delicti impediverit executionem. Deinde etiam necessarium
est, ut ista revocatio sit ex vera penitentia profecta, non sim-
ulata ac palliativa & ex compacto ita instituta, eo fine, ut
commendans extra periculum sit: spectandum enim tum,
quid in rei veritate actum est.

Et hoc sunt, B. L. que dissertationis aliqualis vicem obtinere posse mihi visa sunt, in qua si quid humani passus fuerint, eo faciliorē à te veniam
benigniusque judicium mihi pollicor, quo magis me ab accuratori & ve-
niori elaboratione prohibuit argumenti subtilitas & ipsa quoque instituta ra-
tio. De Cætero Dō optimo maximo gratias ago humiliissimas, quod cor-
poris valetudine, viribusque ingenii huic quali quali conatus sufficientibus,
clementissime me bearre voluerit. Idem illud beneficissimum Numen cal-
lidis imploro precibus, veli & imposterum studii meis gratia sua benigne
adesse, ut eum, quem unice ista intendunt, scopum, gloriam nimurum ejus,
proximique emolummentum, attingant felicer.

SOLI DEO GLORIA.

(X2256771)

VdA7

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

G.1.S. num. 24. 1693, 13

DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,
DE
**COMMENDATIONE
SPECIALI,**

GERMANIS:

Wie weit jemanden, die in eines andern Geschäftest ge-
schriebenen Briefe, oder gegebene Rathschläge,
nachtheilig seyn können.

QVAM
S V B P R A E S I D I O
**DN. NICOL. CHRISTOPHORI
LYNCKERI,**

ICTI IENENSIS MAGNI NOMINIS,
NEC NON POSTEA S. R. I. EQVITIS, ET S. C. MAI.
A CONSIL. IN AVLA IMPERIALIBVS,
DIE XVI. MAII A. CIO IO XCVIII.

PRO GRADV DOCTORIS

PUBLICO ERVITORVM EXAMINI SUBMISIT

IO. CHRISTIANVS SCHMID,

LEV COPETRAEV,



KÖNFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

NVNC VERO OB MATERIAE IN FORIS UTILITYATEM,

IENAE,

REC. PER IO. BERNH. HELLERVUM, 1746.

